Daebritz, Rudolf
De Artemidoro
Strabonis avctore
capita tria

DE ARTEMIDORO STRABONIS AVCTORE CAPITA TRIA

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

RVDOLFVS DÆBRITZ
GRIMMENSIS

LIPSIAE MCMV
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS

RETTVLERVNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

WACHSMVTH ET LIPSIVS

PROCANCELLARIO

SEELIGER.

LIPSIAE D. II. M. FEBRUARII A. MCMV.

CVRTIO WACHSMVTH

CAPVT PRIMVM.

I. DE ANTIOCHO SYRACVSANO.

Antiochi Syracusani quattuor fragmenta quae apud Dionysium Halicarnassensem Ant. Rom. I leguntur, cum locis a Strabone ex eodem laudatis mirum in modum congruunt; atque primum quidem adparet ex eodem capite Antiochi haec esse deriuata:

Str. VI, 1, 4 (de Bruttio agitur) *φησὶ δ᾽ Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ᾽ Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι κτλ.*

VI, 1, 6 (257) *Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ἅπαντα τὸν τόπον τοῦτον οἰκῆσαί φησι Σικελοὺς καὶ Μόργητας, διᾶραι δ᾽ εἰς τὴν Σικελίαν ὕστερον ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνωτρῶν.*

Dion. I, 12, 3. *Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος συγγραφεὺς πάνυ ἀρχαῖος ἐν Ἰταλίας οἰκισμῷ τοὺς παλαιοτάτους οἰκήτορας διεξιών, ὡς ἕκαστοί τι μέρος αὐτῆς κατεῖχον, Οἰνώτρους λέγει πρώτους τῶν μνημονευομένων ἐν αὐτῇ κατοικῆσαι, εἰπὼν ὧδε· Ἀντίοχος Ξενοφάνεος τάδε συνέγραψε περὶ Ἰταλίης ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα· τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλίη καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἴνωτροι. ἔπειτα διεξελθὼν ὃν τρόπον ἐπολιτεύοντο καὶ ὡς βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἰταλὸς ἀνὰ χρόνον ἐγένετο, ἀφ᾽ οὗ μετωνομάσθησαν Ἰταλοί, τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ᾽ οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν καὶ ὡς Σικελὸς ἐπιξενωθεὶς Μόργητι ἰδίαν πράττων ἀρχὴν διέστησε τὸ ἔθνος, ἐπιφέρει ταυτί· οὕτω δὲ Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο καὶ Ἰταλίητες ἐόντες Οἴνωτροι.*

ibid. 22, 5 (Siculos ex Italia in Siciliam migrauisse). *Ἀντίοχος δὲ ὁ Συρακόσιος χρόνον μὲν οὐ δηλοῖ τῆς διαβάσεως, Σικελοὺς δὲ τοὺς μεταναστάντας ἀποφαίνει βιασθέντας ὑπό τε Οἰνώτρων καὶ Ὀπικῶν, Στράτωνα δ᾽ ἡγεμόνα τῆς ἀποικίας ποιησαμένους.*

Deinde conferendas tibi propono paragraphos Strabonis VI, 1, 4 Dionysii I, 35, 1, quae quin ex eodem Antiochi loco sint sumptae mecum nequaquam dubitaueris:

Str. . . προσαγορεύεσθαι. ὅριον δ' αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ τῆς Βρεττανίας ἔφαμεν, τὸν Λᾶον ποταμόν, πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ τὸ Μεταπόντιον. τὴν δὲ Ταραντίνην, ἣ συνεχὴς τῷ Μεταποντίῳ ἐστίν, ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν. ἔτι δ' ἀνώτερον Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς τὸν Σικελικὸν κεκλιμένους πορθμόν· ἔστι δ' αὐτὸς ὁ ἰσθμὸς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα στάδιοι μεταξὺ δυεῖν κόλπων, τοῦ τε Ἱππωνιάτου, ὃν Ἀντίοχος Ναπιτῖνον εἴρηκε, καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ.

Dion. Ἰταλία δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη ἐπ' ἀνδρὸς δυνάστου ὄνομα Ἰταλοῦ. τοῦτον δέ φησιν Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος ἀγαθὸν καὶ σοφὸν γεγενημένον καὶ τῶν πλησιοχώρων τοὺς μὲν λόγοις ἀναπείθοντα, τοὺς δὲ βίᾳ προσαγόμενον ἅπασαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν γῆν ὅση ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλλητίνου. ἣν δὴ πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν ἐπὶ τοῦ Ἰταλοῦ. ἐπεὶ δὲ ταύτης καρτερὸς ἐγένετο καὶ ἀνθρώπους πολλοὺς εἶχεν ὑπηκόους αὐτῷ, αὐτίκα τῶν ἐχομένων ἐπορέγεσθαι καὶ πόλεις συνάγεσθαι πολλάς· εἶναι δ' αὐτὸν Οἴνωτρον τὸ γένος.

Quartum qui apud Dionysium exstat locum Antiochi etsi non a Strabone praebetur, tamen uix est cur moneam ex eodem contextu euulsum esse atque ea quae supra ex Dion. I, 12, 3 exscripsimus: Dion. I, 73, 4 *εἰ δέ τις ἀπιδεῖν βουλήσεται τὰ προσωτέρω καὶ τρίτη τις ἀρχαιοτέρα τούτων εὑρεθήσεται Ῥώμη γενομένη πρὶν Αἰνείαν καὶ Τρῶας ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν. ταῦτα δ' οὐ τῶν ἐπιτυχόντων τις οὐδὲ νέων συγγραφεὺς ἱστόρηκεν, ἀλλ' Ἀντίοχος ὁ Συρακούσιος οὗ καὶ πρότερον ἐμνήσθην,* (en ipse Dionysius respicit ad I, 12, 3) *φησὶ δὲ Μόργητος ἐν Ἰταλίᾳ βασιλεύοντος* (uide Dion. I, 12, 3), *ἦν δὲ τότε Ἰταλία ἡ ἀπὸ Τάραντος μέχρι Ποσειδωνίας παράλιος,* (somniauit Dionysius, nam Italiae nomen secundum Antiochum usque ad Laum flumen, non ad Silarum erat porrectum, cf. Str. VI, 1, 4) *ἐλθεῖν ὡς αὐτὸν ἄνδρα φυγάδα ἐκ Ῥώμης. λέγει δὲ ὧδε· "ἐπεὶ δὲ Ἰταλὸς κατεγήρα, Μόργης ἐβασίλευσεν· ἐπὶ τούτου δὲ ἀνὴρ ἀφίκετο ἐκ Ῥώμης φυγάς* (cf. Dion. I, 12, 3), *Σικελὸς ὄνομα αὐτῷ." κατὰ μὲν δὴ τὸν Συρακούσιον συγγραφέα παλαιά τις εὑρίσκεται καὶ προτεροῦσα τῶν Τρωικῶν < χρόνων ἡ Ῥώμη >. πότερον δὲ περὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐν οἷς ἡ νῦν οἰκουμένη πόλις ἐστὶν, ἢ χωρίον ἕτερον ἐτύγχανεν οὕτως ὀνομαζόμενον ἀσαφὲς ἐκείνου καταλιπόντος οὐδ' ἐγὼ δύναμαι συμβαλεῖν.* Accedit quod ipsius huius fragmenti uerba cum cetera tum quae sunt *ἀσαφὲς ἐκείνου καταλιπόντος* suspicionem oppido grauissimam mouent Dionysium solam hanc Antiochi paragraphum in manibus habuisse, non ex toto opere perlecto de urbis Romae aetate sententiam tulisse. Ipse illum *Ἰταλίας οἰκισμόν* si euoluisset essetque perscrutatus, expressis uerbis non dubito quin scripturus fuerit

hoc solo loco Antiochum res Romanas laudauisse (cf. Plin. n. h. III, 57).

Quoniam Dionysius quater eadem Antiochi uerba atque Strabo uenditauit, nemo uero non uidet neque Strabonem ex copia Dionysii neque Dionysium ex farragine Straboniana Antiochi ramenta subripuisse, demonstratum est Antiochi, qui scriptor quinto ante Strabonem et Dionysium saeculo floruerat, opus non ipsum ab iis expilatum esse sed communem quendam auctorem qui Antiochum non nunquam laudauerat. Atque quisnam fuerit ille auctor? Dionysius quos rerum scriptores secutus sit nominauit I, 6: primo loco Hieronymum Cardianum, *ἔπειτα Τιμαίου τοῦ Σικελιώτου τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱστοριῶν ἐν ταῖς κοιναῖς ἱστορίαις ἀφηγησαμένου, τοὺς δὲ πρὸς Πύρρον . . πολέμους εἰς ἰδίαν καταχωρίσαντος πραγματείαν;* praeter hos Antigonus Polybius Silanus Graeci et nonnulli Romani nominatim laudantur. Strabonem in libris V et VI Posidonium Polybium Artemidorum Ephorum Timaeum, chorographum quendam, ut de Romanis et grege poetarum uerba non faciam, adhibuisse constat. E quibus cum Polybius nullomodo possit in censum uenire —, quod cum per se non difficile est intellectu, tum tota hac disputatione clarius ut spero fit —, unus, cui referamus Antiochum ipsum inspectum, restat Timaeus.

Quod ex conlatis paragraphis Strabonis et Dionysii enucleauimus, etiam ex loco Strabonis VI, 3, 2 fit uerisimile. Namque Antiochi nomine laudato disserit Strabo de originibus Tarenti ita[1]) ut in calce paragraphi quae sunt uerba *Τάραντα δ' ὠνόμασαν ἀπὸ ἥρωός τινος τὴν πόλιν* redeant ad ipsum *κτίσμα Ταράντου,* etsi duobus enuntiatis quasi adnotationis loco textui insertis ab eo separata sunt. Quorum additamentorum neutrum auctoris nomen prae se fert, utrumque uerbo *φασί* adnectitur, tamen alterum *(Ἰάπυγας δὲ* ad *Κρητῶν)* ex Timaeo in Strabonem peruenisse non opus est ut longa deductione euincam, cum Ioannes Geffckenus ('Timaeus Geographie des Westens' p. 81. 82. 188) ex scholio Lucani II 609 et Plinii uerbis n. h. III 102 Timaeo sua reddiderit. In priore duas res audis eidem auctori uno *φασί* adsignatas; atque Minoem regem in Siciliam classe uectum a Cocalo Camici esse interfectum Timaeus narrauerat (Diod. IV, 79. Geffckenius 62. 115. E. Betheus quaest. Diod. mythogr. 39). Bottiaeorum autem itinera quae Hoeferus ad Ephorum referre conatus est (Conon 75; uide Geffckenium 188, 3) equidem non dubito ipsa quoque Timaeo reddere non solum com-

---

[1]) Muellerum F. H. G. I p. 181 sq. fr. 14 Antiochi narrationis finem esse *οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον* male statuentem castigauit V. Hoeferus Conon. Gryphiae 1890 p. 76.

muni illo *φασί* confisus sed etiam propter sextae paragraphi uerba *Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσοῦ εἴθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) · οὐ συμμεῖναι δέ φασιν αὐτούς, ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν.* An casu sis opinatus id accidisse ut iterum Bottiaeorum origines coniunctae legantur cum Cretensium et Iapygi expeditione Timaeo debita?

Quae quoniam ita se habent, inter discissas fragmenti Antiochi partes pro adnotationibus duo posita esse enuntiata e Timaeo sumpta uides.[1]) Sed iam mittamus singula, cum ceterorum apud Strabonem fragmentorum Antiochi conexum nunc quidem disquirere non sit in animo, etsi Hunrathius ('Quellen Strabos im VI. Buch' diss. Marpurgens. 1887) pauca recte intellexit, Sollima autem ('le fonti di Strabone nella geografia della Sicilia, estratto dagli Atti della R. Academia Peloritane' XII. 1897) uir doctus multo cautior et adcuratior, nimis paruam prouinciam sibi elegit, quam ut fontes rerum prae multitudine riuulorum uideret. In uniuersum enim mihi uideor demonstrauisse Antiochum a Strabone et Dionysio non ipsum esse excerptum, sed ex Timaei copia sumpta esse eius uerba, quibus uterque sua adornauit. At Strabo ne Timaeo quidem ipse est usus, sed Artemidorum adhibuit. Qua de necessitudine fusius infra disputabimus.

Nunc uero aliam quaestionem conati sumus instituere, quam ut benigne accipias abs te peto, praesertim cum paulo latius ab Artemidoro et Strabone uideatur remota. Namque iam Woelfflinius in sagacissima commentatione cui inscripsit 'Antiochus von Syracus und Coelius Antipater' p. 10 mirum consensum esse inter Thucydidem VI, 2, 2—4 et Dionysium I, 22, 1—2 uidit; in dubio autem uir doctus reliquit, utrum Dionysius ex Antiocho Thucydidis fonte an ex Tucydide ipso sua protulisset utroque in extrema paragrapho laudato. Itaque quoniam modo uidimus Dionysium Antiochi uerba ex Timaeo laudauisse, fortasse paulo feliciore successu hanc quaestionem tractabimus:

---

[1]) Idem fortasse occurrit in Strabonis de Metaponto paragrapho VI, 1, 15: habes inter duo fragmenta Antiochi nomine ornata: *ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσιν καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν.* His uerbis adumbratur clarissima quam Euripides in altera Melanippa tractauerat fabula: fr. 489 sq. Nauckii; cf. Wuenschium Rh. M. IL. 1894, 91. Strabo cum dubium non sit quin tragoediae argumentum non ex memoria sed ex auctore quem in manibus habebat, exscripserit, premo uerba Athenaei XII, 523 D *ὠνομάσθη δ' ἡ Σῖρις ὡς μὲν Τίμαιός φησι καὶ Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι [ἢ] Μελανίππῃ ἀπὸ γυναικός τινος Σιρίτιδος* et suspicor Timaeum Melanippae fata narrauisse secundum Euripidem.

Thuc. VI, 2, 2.

Σικανοὶ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοί φασι καὶ πρότεροι διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι, ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια εὑρίσκεται Ἴβηρες ὄντες καὶ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν Ἰβηρίᾳ ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο, πρότερον Τρινακρία καλουμένη. VI, 2, 4. *Σικελοὶ δὲ ἐξ Ἰταλίας (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν φεύγοντες Ὀπικοὺς ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται ἐπὶ σχεδιῶν τηρήσαντες τὸν πορθμὸν κατιόντος τοῦ ἀνέμου.*

D. H. A. R. I. 22. 2.

κατεῖχον δ᾽ αὐτὴν Σικανοὶ γένος Ἰβηρικόν, οὐ πολλῷ πρότερον ἐνοικισάμενοι Λίγυας φεύγοντες καὶ παρεσκεύασαν ἀφ᾽ ἑαυτῶν Σικανίαν κληθῆναι τὴν νῆσον, Τρινακρίαν πρότερον ὀνομαζομένην ἐπὶ τοῦ τριγώνου σχήματος. ibid. I, 22, 1 *οἱ δὲ Σικελοὶ — κατασκευασάμενοι σχεδίας ἐπὶ τῷ πορθμῷ καὶ φυλάξαντες κατιόντα τὸν ῥοῦν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας διέβησαν ἐπὶ τὴν ἔγγιστα νῆσον.*

Etsi artissimo quodam uinculo alter coniunctus est cum altero, tamen Dionysii fontem ipsum Thucydidem fuisse haud scio an mecum negaueris. Frustra enim apud eum quaesiueris, quae ipsis cum enuntiatis Dionysii a nobis adscriptis quam maxime cohaerent: *οὐ γὰρ ἔτι ἀντέχειν οἷοί τε ἦσαν ὑπό τε Πελασγῶν καὶ Ἀβοριγίνων πολεμούμενοι* (scil. Siculi), *τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τῶν χρημάτων ὅσα χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἦν ἀνασκευασάμενοι μεθίενται αὐτοῖς ἁπάσης τῆς γῆς. τραπόμενοι δὲ διὰ τῆς ὀρεινῆς ἐπὶ τὰ νότια καὶ διεξελθόντες ἅπασαν Ἰταλίαν τὴν κάτω, ἐπειδὴ πανταχόθεν ἀπηλαύνοντο.* Quibus ambagibus nil nisi breuissimum *ἐξ Ἰταλίας, ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν, διέβησαν ἐς Σικελίαν* respondet, unde caecutire putandus sit qui non concludat in Thucydidis fonte fusius de rebus Siculorum Italicis fuisse narratum. In eis autem quae sequuntur Dionysii uerbis *ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ ἐν μεγάλῃ αὐτῇ οἰκήτορες, ἀλλ᾽ ἡ πλείων τῆς χώρας ἔτι ἦν ἔρημος. καταχθέντες οὖν εἰς αὐτὴν Σικελοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τοῖς ἑσπερίοις μέρεσιν ᾤκησαν, ἔπειτα καὶ ἄλλῃ πολλαχῇ κτλ.* tantum abest ut Thucydidea lateant, ut contraria paene apud eum inuenias: VI, 2, 5 *ἐλθόντες δὲ ἐς τὴν Σικελίαν στρατὸς πολὺς τούς τε Σικανοὺς κρατοῦντες μάχῃ ἀνέστειλαν πρὸς τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἑσπέρια αὐτῆς κτλ. ἔτι δὲ καὶ νῦν τὰ μέσα καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν τῆς νήσου ἔχουσιν κτλ.*

In altera parte capitis I, 22 a Dionysio quattuor deinceps scriptores laudantur Hellanicus Philistus Antiochus Thucydides. Quorum sententias ab ipso Dionysio congestas esse ex eis quae supra de Antiochi fragmentis disputauimus cum parum fiat uerisimile, optime contingit ut longe alia ratione possit demonstrari Dionysium Hellanici Philisti Thucydidis testimonia fonti cuidam

debere. Velim enim conferas Stephani Byzantii de Sicilia argumenta cum copia Dionysii! Primo loco eadem Hellanici sententia inuenitur: deinde apud Stephanum Menippo laudato Thucydidis uerba citantur quae quantopere cum eis cohaereant, quae Dionysius exscripsit, ex hac tabula legas:

Thuc. VI, 2, 4: *Σικελοὶ δὲ ἐξ Ἰταλίας (ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν) διέβησαν ἐς Σικελίαν φεύγοντες Ὀπικοὺς ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν τηρήσαντες τὸν πορθμὸν κατιόντος τοῦ ἀνέμου, τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐσπλεύσαντες. εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί. καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος, οὕτω Ἰταλία ἐπωνομάσθη. ἐλθόντες . . . ᾤκησαν ἔχοντες.*

Dion. A. R. I, 22, 5. *Θουκυδίδης δὲ Σικελοὺς μὲν εἶναι γράφει τοὺς μεταναστάντας, Ὀπικοὺς δὲ τοὺς ἐκβαλόντας, τὸν δὲ χρόνον πολλοῖς ἔτεσι τῶν Τρωικῶν ὕστερον.*

Steph. B. s. u. *Σικελία [Θουκυδίδης δὲ οὕτως·] ἐλθόντες . . . ᾤκησαν ἔχοντες.*

Atque etiam Philisti fragmentum Stephanus seruauit, etsi mutilatum foedeque corruptum, id quod dudum Meinekius (ad hunc Stephani locum) et Holmius Hist. Sicil. I, 360 cognouerunt. Eosdem igitur, ut breuiter comprehendam quae exposui, trium scriptorum locos in duobus operibus occurrere, quorum alterum ex altero nequaquam pendet, uidimus. Quod manifestum mihi uidetur testimonium illas amborum operum partes ex uno fonte confectas esse, quem Timaeum tibi uendo ex uerbis et Antiochi et Thucydidis.

Namque Plinius et Strabo ex communi auctore, Artemidoro scilicet, haec praebent:

Plin. III, 86: Sicilia, Sicania a Thucydide dicta, Trinacria a pluribus aut Trinacia a triangula specie.

Str. VI, 2, 1 (265) *ἔστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Θρινακία δ' ὕστερον προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον.*[1])

Artemidorum sua ut saepius ex Timaeo hausisse demonstratur schol. Apoll. Rhod. IV, 965 *Τρινακρία δὲ ἡ Σικελία, κατὰ μὲν Τίμαιον, διὰ τὸ τρεῖς ἔχειν ἄκρας* et Diod. V, 2, 1 *ἡ γὰρ νῆσος τὸ παλαιὸν ἀπὸ τοῦ σχήματος Τρινακρία κληθεῖσα, ἀπὸ δὲ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Σικανῶν Σικανία προσαγορευθεῖσα κτλ.* (uide Iustinum IV, 2, 1; Geffckenium 71.) Artemidori ipsius uerba tenemus apud Agathemerum § 20: *σχῆμα τρίγωνος.* Itaque cum Plinius et Strabo

---

[1]) Nonne Thucydidem etiam apud Strabonem audis? Thuc. VI, 2, 2 *καὶ ἀπ' αὐτῶν Σικανία τότε ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο πρότερον Τρινακρία καλουμένη.*

Artemidorum, Artemidorus Timaeum adhibuerint, Plinii et Strabonis Thucydidea redeunt ad Timaeum. Hinc eidem etiam Dionysii et Stephani Thucydidea tribuere non dubito.

II. DE LIBRIS PLINII III. ET STRABONIS V. VI.

Admodum multas res Italicas a Plinio lib. III. et a Strabone libris V. VI. tam laeto consensu esse perstrinctas ut ad unum quendam auctorem deberent referri, dudum uiri docti intellexerunt et alii aliis exemplis inlustrauerunt; inprimis Belochius ('Atti dell' Accad. dei Lincei X. 1882, 429 sq. Le fonti di Strabone nella descrizione della Campania') ad Campaniae res quicunque attinent locos congessit et Hunrathius l. s. ex sexto Strabonis excerpsit quae Plinio respondent; optime etsi obiter etiam Geffckenus l. s. et Samterus (Quaestion. Varron. diss. Berolin. 1891 p. 64 sq.) de nonnullis disputauerunt.

Cum uero ipse in eo esset ut Strabonis V. et VI. libris operam nauarem, cognoui non posse fieri ut adcuratiorem sententiam ferrem, quae ratio inter Plinium et Strabonem intercederet, nisi ipse locos inter se congruentes in una pagina inscriberem. Praecipue enim Hunrathius tantum afuit, ut omnia coaceruaret, quae in censum ueniunt, ut falsis argumentis communem fontem negare magis studeret quam explicare. Itaque ipse nunc locorum copiam tibi proponam ordine Strabonis seruato Plinii neglecto.

Str. V, 1, 7 *ἡ Σπῖνα νῦν μὲν κωμίον πάλαι δὲ Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος· θησαυρὸς γοῦν ἐν Δελφοῖς Σπινητῶν δείκνυται καὶ τἆλλα ἱστορεῖται περὶ αὐτῶν ὡς θαλασσοκρατησάντων.*	Plin. III, 120. ab urbe Spina quae fuit iuxta praeualens ut Delphicis creditum est thesauris, condita a Diomede. cf. Steph. B. s. u. *Σπῖνα πόλις Ἰταλίας ὡς Εὔδοξος καὶ Ἀρτεμίδωρος.*
Str. V, 1, 8. *τὴν δ' Ἀτρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ μικρὰν μετάθεσιν λαβόν.*	Plin. III, 120. nobili portu oppidi Tuscorum Atriae a quo Atriaticum mare ante appellabatur quod nunc Hadriaticum.
Str. V, 1, 9 *τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανόν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον.*	Plin. III, 117. Padus . . . Graecis dictus Eridanus ac poena Phaethontis inlustratus.

Str. V, 1, 9 *ἡ δὲ Πόλα ἵδρυται... κτίσμα δ' ἐστὶν ἀρχαῖον Κόλχων τῶν ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων κτλ.*	Plin. III, 129. colonia Pola quae nunc Pietas Iulia quondam a Colchis condita.
Str. V, 1, 11 *τὸ δὲ Ἀρίμινον .. δέδεκται δ' ἐποίκους Ῥωμαίους .. ἔχει ὁμώνυμον ποταμόν.*	Plin. III, 115. Ariminum colonia cum amnibus Arimino et Aprusa.
Str. V, 2, 3 *Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα.*	Plin. III, 51. Caere ... Agylla a Pelasgis conditoribus dictum.
Str. V, 2, 5 *ἡ δὲ Πῖσα κτίσμα μέν ἐστι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πισατῶν .. δυεῖν δὲ ποταμῶν κεῖται μεταξὺ κατ' αὐτὴν τὴν συμβολὴν Ἄρνου τε καὶ Αὔσαρος.*	Plin. III, 50. Pisae inter amnes Auserem et Arnum, ortae a Pelopidis (em. Mommsenus; cod. pelope pisisque) siue a Teutanis Graeca gente.
Str. V, 2, 6 *Ποπλώνιον ... καὶ δοκεῖ μοι μόνη τῶν Τυρρηνίδων τῶν παλαιῶν αὕτη πόλεων ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι. αἴτιον δ' ἐστὶ τὸ τῆς χώρας ἀλίμενον.*	Plin. III, 50. Populonium Etruscorum quondam hoc tantum in litore.
Str. V, 2, 6 *ἡ Αἰθαλία.* de Iluae insulae metallis Strabo ita disputauit ut perspicuum fiat ab auctoribus eius iam multum esse disputatum.	Plin. III, 81. Ilua cum ferri metallis .. a Graecis Aethalia dicta.
Str. V, 2, 7 *ἡ δὲ Κύρνος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖται Κορσίκα.*	Plin. III, 80. Corsica quam Graeci Kyrnon appellauere.
Str. V, 3, 1 *οἱ Σαβῖνοι ... τούτων δ' ἄποικοι Πικεντῖνοι.*	Plin. III, 110. regio Piceni ... orti sunt a Sabinis uoto uere sacro.
Str. V, 3, 5/6 *κτίσμα δ' ἐστὶ τὰ Ὤστια Ἄγκου Μαρκίου ... εἶτα Λαυρεντόν. ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἀρδέα ... ἔστι δὲ καὶ ταύτης πλησίον Ἀφροδίσιον ... μετὰ δὲ*	Plin. III, 56/57. Ostia colonia a Romano rege deducta, oppidum Laurentum, ... Ardea a Danae Persei matre condita. dein quondam Aphrodisium, Antium co-

Ἄντιον τὸ Κιρκαῖόν ἐστιν ἐν διακοσίοις καὶ ἐνενήκοντα σταδίοις ὄρος νησίζον θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι. φασὶ δὲ καὶ πολύρριζον εἶναι τάχα τῷ μύθῳ τῷ περὶ τῆς Κίρκης συνοικειοῦντες κτλ. μεταξὺ δὲ ὅ τε Στόρας ποταμὸς καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ ὕφορμος. uide Samterum p. 64 n. 2.

lonia, Astura flumen et insula . . Cercei quondam insula inmenso quidem mari circumdata, ut creditur Homero, et nunc planitie.

Str. V, 3, 6 ἑξῆς δὲ Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστίν, Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. uide Samterum 73.

Plin. III, 59 oppidum Formiae, Hormiae dictum. ut existimauere antiqua Laestrygonum sedes.

Str. V, 3, 6 αἱ Μιντοῦρναι . . . διαρρεῖ δὲ Λεῖρις ποταμός, Κλάνις δ᾽ ἐκαλεῖτο πρότερον, . . . ἡ δὲ Σινόεσσα ἐν κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα. σίνος γὰρ ὁ κόλπος.

Plin. III, 59 est colonia Minturnae Liri amne diuisa Glani quondam (em. Urlichs; cod. glanico) appellato, Sinuessa extremum in adiecto Latio quam quidam Sinopen dixere uocitatam.

Str. V, 4, 2. ὥρμηνται δ᾽ ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι κτλ. (cf. V, 3, 1).

Plin. III, 110. regio Piceni . . orti sunt a Sabinis uoto uere sacro.

Str. V, 4, 2. Φίρμον Πικηνόν· ἐπίνειον δὲ ταύτης Κάστελλον. ἐφεξῆς δὲ τὸ τῆς Κύπρας ἱερὸν Τυρρηνῶν ἵδρυμα καὶ κτίσμα . . . εἶτα Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις ἐπώνυμος· εἶτα Καστρουνόουν καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμός . . . ἔστι δ᾽ ἐν τῇ μεσογαίᾳ καὶ τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνόν.

Str. III, 110/111. Castrum Nouum, flumen Batinum, Truentum cum amne, quod solum Liburnorum in Italia relicum est, flumina Albula (corr. Detlefsen, flumen cod.), Tessuinum . . . Cupra oppidum, Castellum Firmanorum et super id colonia Asculum Piceni nobilissima intus.

Str. V, 4, 2. Ἄτερνον . . ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ . . . μετὰ δὲ Ἄτερνον Ὄρτων ἐπίνειον Φρεντανῶν, καὶ Βοῦκα καὶ αὐτὴ Φρεντανῶν ὅμορος Τεάνῳ τῷ Ἀπούλῳ. sequuntur uerba a Meinekio male remota: Ὀρτώνιόν ἐστιν ἐν τοῖς Φρεντανοῖς πέτραι ληστρικῶν ἀν-

Plin. III, 106. in ora Frentanorum a Tiferno flumen Trinium portuosum, oppida Histonium, Buca, Hortona, Aternus amnis.

θρώπων, οἷς αἱ οἰκήσεις ἀπὸ τῶν ναυαγίων πήγνυνται. Ἰστόνιον pro Ortonio scribendum esse — id quod dudum erant qui proponerent — Plinii uerbis demonstratur.

Str. V, 4, 3. *ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν ᾐόνων Καμπανία πᾶσα ἵδρυται, πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων.*

Plin. III, 60. hinc felix illa Campania est.

Str. V, 4, 4. *Οὐουλτοῦρνος ὁμώνυμός ἐστι τῇ παρ' αὐτὸν πόλει . . . Κύμη Χαλκιδέων.*

Plin. III, 60. Volturnum oppidum cum amne . . . Cumae Chalcidensium.

Str. V, 4, 7. *Νεάπολις . . . καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν . . ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς, Παρθενόπης.*

Plin. III, 62. Litore autem Neapolis Chalcidensium et ipsa, Parthenope a tumulo Sirenis appellata.

Str. V, 4, 8. *Ἡράκλειον . . . Πομπηία ἣν παραρρεῖ ὁ Σάρνος ποταμός . . ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων ὄρος τὸ Οὐεσούιον.*

Plin. III, 62. Herculaneum, Pompei, haud procul spectato monte Vesuuio, adluente uero Sarno amne.

Str. V, 4, 8. *τὸ Συρρεντὸν τῶν Καμπανῶν ὅθεν πρόκειται τὸ Ἀθήναιον ὅ τινες Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον καλοῦσι.*

Plin. III, 62. Surrentum cum promunturio Mineruae Sirenum quondam sede.

Str. V, 4, 12. *καὶ Σαβέλλους . . προσαγορευθῆναι, Σαμνίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας οὓς οἱ Ἕλληνες Σαυνίτας λέγουσι.*

Plin. III, 107. Samnitium quos Sabellos et Graeci Saunitas dixere.

Str. VI, 1, 1. *τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργῴας Ἰάσονος ἵδρυμα καὶ πλησίον ἐν πεντήκοντα σταδίοις ἡ Ποσειδωνία.* uide Hunrathium 14.

Plin. III, 70/71. templo Iunonis Argiuae ab Iasone condito . . . oppidum Paestum, Graecis Posidonia.

Str. VI, 1, 1. *ἐντεῦθεν* (de Paesto res est) *δ' ἐκπλέοντι τὸν κόλπον νῆσος Λευκωσία μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὸν ἤπειρον διάπλουν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἐκπεσούσης δεῦρο μετὰ τὴν μυθευομένην ῥῖψιν αὐτῶν εἰς τὸν βυθόν . . . πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο ὑφόρμους ἔχουσαι.*

Plin. III, 85. contra Paestanum sinum Leucosia (corr. Detlefsen; leucasia cod.) est a Sirene ibi sepulta appellata, contra Veliam Pontia et Isacia utraeque uno nomine Oenotrides argumentum possessae ab Oenotris Italiae, contra Vibonem paruae quae uocantur Ithacesiae ab Vlixis specula (uide Nissenum II, 959).

Str. VI, 1, 1. *μετὰ δὲ Παλίνουρον Πυξοῦς ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμός, ἓν γὰρ τῶν τριῶν ὄνομα . . . μετὰ δὲ Πυξοῦντα Λᾶος κόλπος καὶ ποταμὸς καὶ πόλις.* uide Hunrathium 14.

Plin. III, 71/72. promunturium Palinurum . . . proximum autem flumen Melpes, oppidum Buxentum, Graeciae Pyxus, Laus amnis. fuit et oppidum eodem nomine.

Str. VI, 1, 2. *τῶν δὲ Σαυνιτῶν αὐξηθέντων ἐπὶ πολὺ καὶ τοὺς Χῶνας καὶ τοὺς Οἰνωτροὺς ἐκβαλόντων, Λευκανοὺς δ' εἰς τὴν μερίδα ταύτην ἀποικισάντων . . .*

Plin. III, 71. Lucani Samnitibus orti duce Lucio.

Str. VI, 1, 5. *Τεμέση, Τέμψαν δ' οἱ νῦν καλοῦσιν . . . συνεχὴς Τερῖνα . . εἶτα Κωσεντία·* (uide Nieseum apud Hunrathium p. 14) *παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων μετὰ δὲ τὴν Κωσεντίαν Ἱππώνιον . . . Ῥωμαῖοι μετωνόμασαν Οὐιβῶνα Οὐαλεντίαν. διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα τὰ περικείμενα χωρία καὶ ἀνθηρὰ τὴν Κόρην ἐκ Σικελίας πεπιστεύκασιν ἀφικνεῖσθαι δεῦρο ἀνθολογήσουσαν κτλ. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὸν Ἡρακλέους λιμένα πλεύσασιν . . . ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδμα . . ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμὸς καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος . . . ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου ποταμοῦ ἕτερος· ἐκδέχεται δ' ἐντεῦθεν τὸ Σκύλλαιον.*

Plin. III, 72. oppidum Tempsa a Graecis Temese dictum et Crotoniensium Terina sinusque ingens Terinaeus, oppidum Cosentia intus. in peninsula fluuius Acheron a quo oppidani Acherontini. Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus, Portus Herculis, Metaurus amnis, Tauroentum oppidum, portus Orestis et Medma, oppidum Scyllaeum.

Str. VI, 1, 6. *ὠνομάσθη δὲ Ῥήγιον εἴθ', ὥς φησιν Αἰσχύλος διὰ τὸ συμβὰν πάθος τῇ χώρᾳ· ἀπορραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ὑπὸ σεισμῶν, ἄλλοι τε κἀκεῖνος εἴρηκεν 'ἀφ' οὗ δὴ Ῥήγιον κικλήσκεται.'*

Plin. III, 86. Sicilia... quondam Bruttio agro cohaerens mox interfuso mari auulsa.. ab hoc dehiscendi argumento Rhegium Graeci nomen dedere oppido in margine Italiae sito.

Str. VI, 1, 10. *Μετὰ δὲ Λοκροὺς Σάγρα . . . μετὰ δὲ τὴν Σάγραν Ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία . . . ἔστι δ' ἔρημος . . . μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον ἄποικος Ἀθηναίων . . . ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως καὶ ὁ κόλπος Σκυλλητικὸς ὠνόμασται, ποιῶν τὸν εἰρημένον ἰσθμὸν πρὸς τὸν Ἱππωνιάτην κόλπον. ἐπεχείρησε δ' ὁ Διονύσιος καὶ διασχίζειν* (emend. Samterus l. s. p. 89, cod.: *διατειχίζειν*) *τὸν ἰσθμὸν στρατεύσας ἐπὶ Λευκανούς* etc. uide Hunrathium 15, 28. (CLX stadia efficiunt XX milia passuum.)

Plin. III, 95. a Locris Sagra (cod. agra) et uestigia oppidi Caulonis . . . dein sinus Scyllaceus (corr. Detlefsen hunc locum) et oppidum Scolagium Scylletium Atheniensibus cum conderent dictum, quem locum occurrens Terinaeus sinus peninsulam efficit... XX p. latitudo est. itaque Dionysius maior intercisam eo loco adicere Siciliae uoluit (uide Detlefseni adparatum).

Str. VI, 1, 12. *Κρότων... ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμὴν καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος . . . 13. Σύβαρις δυεῖν ποταμῶν μεταξύ, Κράθιδος καὶ Συβάριδος . . . τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν πλησίον καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου.*

Plin. III, 97. oppidum Croto, amnis Neaethus, oppidum Thurii inter duos amnes Crathim et Sybarim, ubi fuit urbs eodem nomine.

Str. VI, 1, 14. *Ἡράκλεια... καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἄκιρις καὶ Σῖρις ἐφ' οὗ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωική . . . φησὶ δ' Ἀντίοχος τοὺς Ταραντίνους Θουρίοις καὶ Κλεανδρίδᾳ τῷ στρατηγῷ φυγάδι ἐκ Λακεδαίμονος πολεμοῦντας περὶ τῆς Σιρίτιδος συμβῆναι καὶ συνοικῆσαι μὲν κοινῇ, τὴν δ' ἀποικίαν κριθῆναι Ταραντίνων, Ἡράκλειαν δ' ὕστερον κληθῆναι μεταβαλοῦσαν καὶ τοὔνομα καὶ τὸν τόπον.*

Plin. III, 97. similiter est inter Sirim et Acirim Heraclea aliquando Siris uocitata (Agnoscis Antiochi apud Artemidorum reliquias).

Str. VI, 2, 1. *ἔστι δ' ἡ Σικελία τρίγωνος τῷ σχήματι καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Θρινακία δ' ὕστερον προσηγορεύθη μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι, Πελωριὰς μὲν ἡ πρὸς τὴν Καῖνυν καὶ τὴν Στυλίδα τὴν Ῥηγίνων ποιοῦσα τὸν πορθμόν, Πάχυνος δὲ ἡ ἐκκειμένη πρὸς ἕω καὶ τῷ Σικελικῷ κλυζομένη πελάγει, βλέπουσα πρὸς τὴν Πελοπόννησον καὶ τὸν ἐπὶ Κρήτης πόρον. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ προσεχὴς τῇ Λιβύῃ, βλέπουσα πρὸς ταύτην, ἅμα καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, Λιλύβαιον.*

Plin. III, 86. Sicilia . . Trinacria a pluribus aut Trinacia a triangula specie . . . 87. ipsius triquetrae, ut diximus, promunturium Pelorum uocatur aduersus Scyllam uergens in Italiam, Pachynum in Graeciam CCCCXL ab eo distante Peloponneso, Lilybaeum in Africam . . . (cf. Sollimam p. 16.)

Str. VI, 3, 2. *Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶ καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν.*

Plin. III, 102. amnes Iapyx a Daedali filio rege a quo et Iapygia.

Str. VI, 3, 9. *τὸν ποταμὸν Αὔφιδον ἐφ' ᾧ τὸ ἐμπόριον τῶν Κανυσιτῶν.*

Plin. III, 102. Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium praefluens.

Str. VI, 3, 9. *ἡ Ἀργυρίππα . . . ἐκαλεῖτο δ' ἐξ ἀρχῆς Ἄργος ἵππιον, εἶτ' Ἀργυρίππα, εἶτα νῦν Ἄρποι, λέγονται δ' ἀμφότεραι* (Canusium et Argyrippa) *Διομήδους κτίσματα.*

Plin. III, 104. Arpi aliquando Argos Hippium Diomede condente, mox Argyripa dictum. (uide Samterum 67, Hunrathium 15.)

Heus ad finem peruenimus! Quam multi loci Strabonis congruunt cum Plinianis! Nonnulli fortasse fortuito; Italica sunt: res tritae uirisque doctis atque geographis bene notae; at non solum concentus inter utrumque scriptorem maior est, quam ut fortuito ortus esse possit, sed etiam longe plurima ita sunt comparata, ut nemo dubitet, quin uni auctori uterque sua debuerit. Atque ut breuiter comprehendam quid hac ampla collectione effectum sit, in communi illo fonte periegetarum more in primis res maritimae, sinus, promunturia, portus, oppida, ostia fluminum erant enarrata. Itaque apud Strabonem quonam in contextu loci nostri exstent, ubi quaesiueris, inuenies, quaecunque congessimus, in eis partibus quae ex consuetudine periegetarum quos uocant

sunt institutae; in eis quae abhorrent a more periegetarum, ethnica uero et Oceania Posidonio reddenda continent, plane nihil congruit cum Plinio. Accedit quod ille periegeta oppidis suis multas fabulas addiderat, *κτίσματα*, uaria facta memorabilia maximam partem a Timaeo deprompta. Veluti de Sirenis Neapoli (Str. V, 4, 7 = Pl. III, 62); Surrenti (Str. V, 4, 8 = Pl. III, 62); Leucosiae (Str. VI, 1, 1 = Pl. III, 84) sepultis Timaeus multa uerba fecerat (uide Geffckenium 32—35, 144); Iapygis, Daedali filii, iter ex Timaeo repetitum (Str. VI, 3, 2 = Pl. III, 102, Geffckenius 81); Polam a Colchis conditam esse Timaeus scripserat (Str. V, 1, 9 = Pl. III, 129, Geffckenius 10); de Aethaliae metallis Strabo (V, 2, 6 = Pl. III, 81) etsi non Timaeum repetiuit, tamen clarum est Timaei narratione motum eo se contulisse, metalla inspexisse, fusius de eis disputauisse (Diod. V, 13; *Θαυμ. ἀκ.* 93; Geffckenius 149).

Illum periegetam, communem Strabonis et Plinii fontem, Timaei sectatorem, fuisse Artemidorum Samterus quaest. Varr. 82 alii alias uiderunt; argumenta iam prolata repetere nolo; malo de paucis locis pauca atque noua nisi fallor disputare.

Atque primum quidem uelim deliberes Antiochi fragmenta ipsa quoque in periegeticis apud Strabonem exstare paragraphis ita ut uerisimillimum fiat ibi quoque Strabonem non ex ipso Timaeo sed ex Artemidoro sua hausisse. Prae ceteris uide quae supra exhibui Str. VI, 1, 14 = Pl. III, 97.

Deinde redeas quaeso mecum ad uerba ex Strabone VI, 1, 10 et Plinio III, 95 de Scylletio oppido et Dionysii consilio supra exscripta. Respicit enim Strabo, cum dicat *τὸν εἰρημένον ἰσθμόν,* ad VI, 1, 4 ubi ex Antiocho laudauerat *ἔτι δ' ἀνώτερον Οἰνωτροὺς καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς τὸν Σικελικὸν κεκλιμένους πορθμόν;* tum adnotauerat, quo quisque facilius intellegeret, de quonam isthmo ageretur: *ἔστι δ' αὐτὸς ὁ ἰσθμὸς ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα στάδιοι μεταξὺ δυεῖν κόλπων τοῦ τε Ἱππωνιάτου ὃν Ἀντίοχος Ναπητῖνον εἴρηκε καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ. περίπλους δ' ἐστὶ τῆς ἀπολαμβανομένης χώρας πρὸς τὸν πορθμὸν ἐντὸς στάδιοι δισχίλιοι.* Post haec porro exscribuntur uerba Antiochi *μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκτείνεσθαί φησι κτλ.* Duobus his Antiochi fragmentis ipsum Strabonem illa inseruisse iam ex eis quae supra disputauimus haud scio an negaueris. Accedit quod CLX stadia adcuratissime Pliniano numero respondent. Quem numerum a Timaeo uel potius Artemidoro mutatum neque uero ex Antiocho optime seruatum esse elucet ex ipso Antiochi fragmento ab Aristotele exscripto[1]) *ἀπέχει δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ὁδὸν*

---

[1]) Polit. *Δ* (*Z*) 10. 1329 b. 8 sq. Antiochi nomen Aristoteles omisit; cognoscis tamen ex locis Dion. I, 12. 35, 1 et Str. VI, 1, 4. V, 4, 3 reuera opus Antiochi esse adhibitum.

ἡμισείας ἡμέρας. Vides igitur Antiochum latitudinem isthmi multo simplicius indicauisse.

Sed reuerti libet ad fossam — an fuerit murus? — a Dionysio duci coeptam. Scimus enim ex solo hoc Strabonis loco de ista Dionysii temeritate.[1]) Verum etiam alia Dionysiaca occurrunt apud Strabonem. V, 2, 8 de Pyrgis, oppido Tuscorum, agitur in parte periegetica: *ἔστι δ' ἐπίνειον τῶν Καιρετανῶν ἀπὸ τριάκοντα σταδίων. ἔχει δὲ Εἰληθυίας ἱερὸν Πελασγῶν ἵδρυμα πλούσιόν ποτε γενόμενον· ἐσύλησε δ' αὐτὸ Διονύσιος ὁ τῶν Σικελιωτῶν τύραννος κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐπὶ Κύρνον* quam expeditionem memoriae tradiderunt etiam Polyaenus Aelianus Aristoteles Diodorus. Atque Aristoteles quidem qui fertur (oecon. II, 1349 b 33) facit cum Polyaeno (V, 2, 21); uterque C triremes exhibet et de Leucotheae templo narrat uastato; etiam Aelianus u. h. I 20 stat ab eorum parte cum dicat *τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Λευκοθέας ἅπαντα ἐσύλησε.* At Diodorus optime congruit cum Strabone: XV, 14, 3 *Διονύσιος δὲ χρημάτων ἀπορούμενος ἐστράτευεν ἐπὶ Τυρρηνίαν, ἔχων τριήρεις ἑξήκοντα, πρόφασιν φέρων τὴν τῶν λῃστῶν κατάλυσιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ συλήσων ἱερὸν ἅγιον γέμον μὲν ἀναθημάτων πολλῶν, καθιδρυμένον δ' ἐν ἐπινείῳ πόλεως Ἀγύλλης Τυρρηνίδος· τὸ δ' ἐπίνειον ὠνομάζετο Πύργοι . . . ἐσύλησε τὸ ἱερόν . . .*

En mirum nunc tenemus consensum inter hoc Dionysiacum a Strabone et Diodoro ex communi fonte narratum et prius illud quod de fossa erat a Strabone una cum Plinio traditum. Ibi legimus *λόγῳ μὲν ὡς ἀσφάλειαν παρέξων ἀπὸ τῶν ἐκτὸς βαρβάρων τοῖς ἐντὸς ἰσθμοῦ, τὸ δ' ἀληθὲς λῦσαι τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν τῶν Ἑλλήνων βουλόμενος ὥστ' ἄρχειν ἀδεῶς τῶν ἐντός* — hic habemus *πρόφασιν φέρων τὴν τῶν λῃστῶν κατάλυσιν, τῇ δ' ἀληθείᾳ συλήσων ἱερὸν ἅγιον* etc. Deprehendimus ergo utrobique scriptorem quendam rerum Sicelicarum qui Dionysio maligne maledicebat, eundem nisi fallor ex quo pendent[2]) Str. VI, 1, 6 *ἐπιφανῆ δ' οὖν πόλιν κτλ.* et Diod. XIV, 107, 3 *ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς πρέσβεις κτλ.*

Quis uero fuit ille rerum scriptor Sicelicarum? Nonne ille cui Sicelica quae apud Diodorum XIV narrantur, fere omnia debentur[3]), ille cui fabulae *κτίσματα* historiae a Strabone in libris V, VI relatae paene omnes reddendae sunt, ille quem acerrimum Dionysii inimicum fuisse nemo nescit? Equidem non dubito quin haec quoque ex Timaeo fluxerint.

Hac occasione aliud commemorem exemplum quo ipso quoque intellegitur Timaeum ab Artemidoro exscriptum esse. Protulit

---

[1]) uide Nieseum in Wissowae 'Realencyklopaedie' s. u. Dionysius V, 895, 30.
[2]) uide Hunrathium p. 27.
[3]) uide E. Schwartzium P.W. V, 686.

Plinius III, 85: „Sardiniam ipsam Timaeus Sandaliotim appellauit ab effigie soleae“ eqs. Strabo hanc imaginem uidetur contempsisse, Agathemerus autem in ea parte, quae Artemidorea continet excerpta, exhibet: § 20 *ἡ δὲ Σαρδὼ ἔχει σχῆμα ὡς ποδὸς ἴχνος.*

Nunc de thesauris Delphicis censeo uerba facienda. Nam de Spina oppido uetustissimo supra exscripsimus (Str. V, 1, 7 = Plin. III, 120) Spinetas Delphis thesaurum habuisse. Simillima ex eodem uidelicet fonte hausta apud Strabonem leguntur: VI, 1, 15 *ἑξῆς δ' ἐστὶ Μεταπόντιον εἰς ἣν ἀπὸ τοῦ ἐπινείου τῆς Ἡρακλείας εἰσὶ στάδιοι τετταράκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. Πυλίων δὲ λέγεται κτίσμα τῶν ἐξ Ἰλίου πλευσάντων μετὰ Νέστορος, οὓς οὕτως ἀπὸ γεωργίας εὐτυχῆσαί φασιν ὥστε θέρος χρυσοῦν ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι.* VI, 2, 10 *ἡ Λιπάρα . . . καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων.* V, 2, 3 *παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμησεν ἡ πόλις αὕτη* (Caere) *διά τε ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην. τῶν τε γὰρ ληστηρίων ἀπέσχετο καίπερ δυναμένη πλεῖστον καὶ Πυθοῖ τὸν Ἀγυλλαίων καλούμενον ἀνέθηκε θησαυρόν. Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα.* Tertium locum ex Plinii paragrapho III, 51 supra Artemidoro tribuimus. Excipitur in contextu Straboniano notissima illa fabula quam de nomine Caere ex *χαῖρε* deriuato Timaeus ut uidetur narrauerat (Geffckenus 44. 148). Haec hactenus; infra ubi demonstrauerimus ad Artemidorum et Timaeum etiam illa esse referenda quae de Lipara insula Strabo tradidit, cognosces etiam Italicorum thesauros Delphicos ex Timaei farragine in Artemidorum, inde in Strabonem peruenisse.

In calce huius paragraphi facere non possum quin Strabonis et Plinii de Cossyra insula locos tibi proponam uerborum rectius distinguendorum causa. Scriptum enim uidemus apud Strabonem VI, 2, 11: *πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη . . . καὶ Γαῦλος ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτὼ μίλια τῆς ἄκρας ἀμφότεραι διέχουσαι· Κόσσουρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, μέση ἀμφοῖν κειμένη καὶ τὸ λεχθὲν διάστημα ἀφ' ἑκατέρας ἀπέχουσα κτλ.* et apud Plinium III, 92: ‘sunt insulae Africam uersae Gaulos, Melita a Camerina LXXXVII, a Lilybaeo CXIII, Cossyra, Hieronnesos.’ Num dubitabis aliter atque Detlefsenus in editione uerba distinguere ita ut Plinius idem ac Strabo praebeat scilicet „Melita a Camerina LXXXVII, a Lilybaeo CXIII Cossyra“?

Quoniam res igitur uenit ad criticos ut aiunt, hac occasione etiam Strabonis locum V, 2, 10 emendemus: *πόλεις δ' εἰσὶν αἱ ἐντὸς τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἄξιαι λόγου κατ' αὐτὴν μὲν τὴν Φλαμινίαν ὁδὸν οἵ τε Ὀκρίκλοι πρὸς τῷ Τιβέρει κείμενοι* (correxi; *καὶ λάροτι* l. *καὶ λάρολον* B edd.) *καὶ Ναρνία δι' ἧς ῥεῖ ὁ Νὰρ ποταμός κτλ.* Conferas

Str. V, 3, 9 *Ἰντεράμνιον ἐν συμβολῇ δυεῖν ποταμῶν κείμενον*, V, 3, 10 *Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένῃ.* V, 3, 1 *Ἠρητόν, τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως κειμένην.*

III. DE INSVLIS LIPARAEORVM.

De Liparaeorum insulis quae Strabo V, 1, 5, VI, 2, 10, 11 memoriae prodidit, aliquantum cum Timaeo congruere quem apud Diodorum V, 7—10 scimus excerptum, optime Muellenhoffius 'Deutsche Altertumskunde' I [2] 451 adnotauit. Neque uero inutile fore censui singulos locos utrum eadem an alia atque Diodorus praeberent perquirere. Atque congruunt inter se

Diod. V, 7, 1. *αὗται δ' εἰσὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ἑπτά* = Str. VI, 1, 5 *εἰσὶ δ' ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν.* VI, 2, 10 *εἰσὶ δ' ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμόν.*

Diod. 7, 1. *Λιπάρα καθ' ἣν ὁμώνυμος πόλις καθίδρυται . . . ἡ δὲ μεγίστη αὐτῶν* . . . Str. VI, 2, 10 *μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα.*

Diod. 7, 2. *κεῖνται δ' αὗται μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας* = Str. VI, 1, 5 *πρόκεινται δὲ τῆς ᾐόνος ταύτης . . . ἐν ἀπόψει πᾶσαι καὶ τοῖς ἐκ τῆς Σικελίας καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἠπείρου τοῖς κατὰ τὴν Μέδμαν ἀφορῶσιν . . .*

Diod. 7, 3. *ἐν δὲ τῇ Στρογγύλῃ καὶ τῇ Ἱερᾷ μέχρι τοῦ νῦν ἐκ χασμάτων ἐκπίπτει πνεύματος μέγεθος* = Str. VI, 2, 10 *ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι . . . διάπυρος. ἔχει δὲ ἀναπνοάς . . .* 11. *ἡ δὲ Στρογγύλη . . . καὶ αὕτη διάπυρος.*

Diod. V, 7, 7. *ὁ δ' Αἰόλος οὗτός ἐστι πρὸς ὃν μυθολογοῦσι τὸν Ὀδυσσέα κατὰ τὴν πλάνην ἀφικέσθαι* = Str. VI, 1, 5 *οἱ δ' Αἰόλου φασὶ οὗ καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν.*

Diod. 9, 5. *μετὰ δὲ ταῦτα πολλαῖς ναυμαχίαις ἐνίκησαν τοὺς Τυρρηνοὺς καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων πλεονάκις ἀξιολόγους δεκάτας ἀνέθεσαν εἰς Δελφούς* = Str. VI, 2, 10 *τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων.* uelim reminiscaris ceterorum thesaurorum.

Diod. 10, 1. Lipara *κεκόσμηται καὶ θερμοῖς ὕδασι τοῖς διαβεβοημένοις* = Str. VI, 1, 10 Lipara *ἔχει . . . καὶ θερμὰ ὕδατα.*

Diod. 10, 2. *ἔχει δὲ ἡ νῆσος αὕτη τὰ διαβεβοημένα μέταλλα τῆς στυπτηρίας ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οἱ Λιπαραῖοι καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλας προσόδους.* = Str. VI, 1, 10 *καὶ στυπτηρίας μέταλλον ἐμπρόσοδον.*

Diod. 10, 3. *καρποφόρος δὲ ἱκανῶς* = Str. VI, 1, 10 *ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον.*

Ne uero arbitreris Strabonem in describendis Liparaeorum insulis Timaei libris usum esse, statim quae a Timaeo abhorrent

percensebimus; namque ordo et nomina insularum plane sunt diversa:

Diod. V, 7, 1. *προσηγορίας δ' ἔχουσι ταύτας·*	Str. VI, 2, 10 *μεγίστη ἡ*
Στρογγύλη	*Λιπάρα . . . ταύτης μεταξὺ ἣν νῦν*
καὶ Εὐώνυμος	*Ἱέραν Ἡφαίστου καλοῦσιν . . ἡ δὲ*
ἔτι δὲ Διδύμη	*Στρογγύλη · τετάρτη δὲ*
καὶ Φοινικώδης	*Διδύμη . . . τῶν δὲ λοιπῶν*
καὶ Ἐρικώδης	*Ἐρικοῦσσα μὲν καὶ*
πρὸς δὲ τούτοις Ἱέρα Ἡφαίστου	*Φοινικοῦσσα, ἑβδόμη δ' ἐστὶν*
καὶ Λιπάρα	*Εὐώνυμος.*

Praeterea conferas Diod. V, 7, 2 *ἀπέχουσι δὲ τῆς Σικελίας ὡς ἑκατὸν πεντήκοντα σταδίους* et Str. VI, 1, 5 *διέχουσαι τοῦ πορθμοῦ σταδίους διακοσίους.*

Quae cum ita se habeant, quaestio oboritur, utrum Strabo Timaeum ipse inspexerit et ex alio aliisue alia mutauerit alia addiderit, prout esset arbitrium, an Timaeum non in manibus habuerit, sed alio quodam geographo usus sit, Timaei haud raro sectatore. Quod ut enucleemus, Plinium euoluamus, quippe qui ubique fere eadem atque Strabo praebeat.

Pl. III, 92—94.	Str. VI, 1, 5.
citra uero Siciliam ex aduerso Metauri amnis XXV ferme p. ab Italia septem Aeoliae, appellatae eaedem Liparaeorum, Hephaestiades a Graecis, a nostris Volcaniae, Aeoliae, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnauit.	*ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμός κτλ. διέχουσαι τοῦ πορθμοῦ σταδίους διακοσίους . . . ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν.* VI, 2, 10 *ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσιν.* VI, 1, 5 *οἵ δ' Αἰόλου φασὶν οὗ καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν.* VI, 2, 10 *τὰς νῦν λεγομένας Λιπαραίων νήσους.*
Lipara cum ciuium Romanorum oppido dicta a Liparo rege, qui successit Aeolo, antea Milogonis uel Meligunis uocitata . . .	VI, 2, 10 *μεγίστη δὲ ἡ Λιπάρα.* *ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς.*
Inter hanc et Siciliam altera antea Therasia appellata nunc Hiera quia sacra Volcano est, colle in ea nocturnas euomente flammas.	*ἡ Λιπάρα, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη μετά γε τὴν Θέρμεσσαν. . . ταύτης δὲ μεταξύ πως καὶ τῆς Σικελίας ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα,* flammae multis uerbis descriptae sunt.
Tertia Strongyle a Lipara . . in qua regnauit Aeolus, quae a	VI, 2, 11 *τὴν μὲν δὴ Λιπάραιν καὶ τὴν Θέρμεσσαν εἰρήκαμεν, ἡ*

Lipara liquidiore tantum flamma differt, a cuius fumo quinam flaturi sint uenti in triduo praedicere incolae traduntur, unde uentos Aeolo paruisse existimatum.	δὲ Στρογγύλη .. καὶ αὕτη διάπυρος βίᾳ μὲν φλογὸς λειπομένη, τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα· ἐνταῦθα δὲ τὸν Αἴολον οἰκῆσαί φασι. VI, 2, 10 in uerbis e Polybio laudatis: ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες καὶ αἱ λιγνύες προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν. ἀφ᾽ οὗ δὴ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ ποιητῇ οὐ μάτην φαίνεσθαι λεχθέν, ἀλλ᾽ αἰνιξαμένου τὴν ἀλήθειαν, ὅταν φῇ ταμίαν τῶν ἀνέμων τὸν Αἴολον.
quarta Didyme minor quam Lipara	VI, 1, 11 τετάρτη δ᾽ ἐστὶ Διδύμη.
quinta Eriphusa, sexta Phoenicusa, pabulo proximarum relictae	τῶν δὲ λοιπῶν Ἐρικοῦσσα μὲν καὶ Φοινικοῦσσα .. ἀνεῖνται δὲ εἰς νομάς.
nouissima eademque minima Euonymos.	ἑβδόμη δ᾽ ἐστὶν Εὐώνυμος.

Ergo hae Strabonis et Plinii paragraphi tam arte inter se nexae sunt et iugatae ut cum in ordine insularum tum singulis fere omnibus locis Plinius cum Strabone consentiat dissentiat a Timaeo. Plura uero e Timaeo seruauit quam Strabo cum dicat 'Lipara dicta a Liparo rege qui successit Aeolo'. Corrigenda sunt enim haec ut Muellenhoffius 451 et Geffckenius 63 n. 3 dudum uiderunt in 'cui successit Aeolus'; magis uero errorem Plinii quam librariorum castigauerim.[1]) Atque haec quidem fluxerunt e Timaeo, cf. Diod. V, 7, 5/6.

Communem, cui Strabo et Plinius sua quisque debent, auctorem fuisse Artemidorum Polybii uerbis uerisimile fit; demonstratur fluuii Metauri nomine, a quo totus hic Liparaeorum insularum locus incipit; namque illud flumen ex Artemidori periegesi nominatum esse conlatis locis Strabonis VI, 1, 5 et Plinii III, 72 supra exposuimus.

Restat ut quae Stephanus Byzantius de Liparaeorum insulis tradidit, obiter tangamus; in censum ueniunt uoces *Ἐρικοῦσσα, Στρογγύλη, Λιπάρα, Διδύμη.*

---

[1]) simillimam nisi fallor tenes neglegentiam in uocibus Eriphusa et Therasia.

Primo obtutu Strabonis descriptionem uerbotenus repetitam licet suspiceris[1]) tamen non Straboni ipsi sed Strabonis et Plinii communi fonti, Artemidoro, haec reddenda esse dubito an mihi concessurus sis ubi Stephani s. u. *Λιπάρα* uerba *ἀπὸ Λιπάρου τοῦ Αὔσονος υἱοῦ* quae non sunt apud Strabonem contuleris cum Plinio III, 93 emendato 'dicta a Liparo rege cui successit Aeolus' et Diodoro V, 7, 5.

Nec mirum! Solum enim Artemidorum in his Stephani lemmatis habemus laudatum (s. u. *Διδύμη*) *Ἀρτεμίδωρος δὲ δύο νησίδια Δίδυμά φησιν.* Atque crediderim Artemidorum nomine insulae ex figura deriuato addidisse reuera illam esse *δύο νησίδια δίδυμα* — quod non absonum uidetur: cf. Huelsenium PW. V, 442 s. u. Didyme: 'eine der aeolischen inseln, ietzt Salina, aus zwei ausgebrannten vulkankegeln, Monte Vergine und Monte Salvatore, bestehend.' [2])

---

[1]) Meinekeo hoc uisum est in adpar. crit. editionis Stephani p. 587, 5.

[2]) Tamen dubito huic Artemidori nomini nimis magnam habere fidem, quoniam Stiehleus Philol. XI 1856 p. 213 suspicatus est non de Liparaea insula facta esse haec uerba Artemidorea, sed de duobus maris Aegaei insulis propter Stephanum Byz. s. u. *Διδυμά· εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σύρῳ.*

CAPVT SECVNDVM.

I. DE STRABONIS CAPITE XIII, 1 ET DE FRAGMENTIS LIBRI VII.

Strabonis de Troade et Aeolide capitis XIII, 1 cum magnam partem Demetrio Scepsio deberi post egregias Gaedei (Demetrii Scepsii quae supersunt, diss. Gryphiae 1880) et E. Schwartzii curas ('Pauly-Wissowa, Realencyklopaedie' s. u. Demetrius Scepsius et Apollodorus Atheniensis) constet, alterum fundamentum dubium non est quin periplus sit, cuius reliquiae his in paragraphis mihi latere uidentur: 10 ad *ὀγδοήκοντα.* — 11. — 12 ad *Κυζικηνῶν.* — 13 ab *ἡ μὲν οὖν πόλις* ad *ἐν Ζελείᾳ.* — 14 excepto enuntiato paenultimo *(τάχα δὲ . . . μέχρι ποσοῦ).* — 15 ab *μεταξὺ δέ.* — 16. — 18. — 19 ad *Λαμψακηνοί.* — 22 ad *συγχύσεως τῶν τόπων* excepto enuntiato *ᾤκουν δὲ . . . εἶτα Μιλήσιοι* quod E. Schwartzius recte Demetrio tribuit. — 23 (quae sequuntur 24—27 in uniuersum spirant Demetrium; ultimis uero § 27 uerbis ipse Strabo se ad peripli auctorem reuerti concessit: *πρότερον δὲ ὑπογραπτέον τοὺς τόπους ἀπὸ τῆς παραλίας ἀρξαμένους ἀφ' ἧσπερ ἐλίπομεν;* idem accidit § 45 extr. *ἐπάνιμεν δὲ ἐπὶ τὴν παραλίαν ὅθενπερ ἀπελίπομεν).* — 28 ad *εἶναι τάφον* (Artemidorea excipiuntur uerbis Demetrii *οἱ δὲ τὸν Ῥοδίον* ad *Ῥοδίος τε,* id quod adparet ex § 44 extrema parte, mutato scilicet Aenio, prorsus ignoti nominis fluuiolo in Aesepum; uide Krameri adparatum criticum et G. Hirschfeldium P—W. s. u. Ainios; quae adnotaui quia hoc Demetrii frustulum apud Schwartzium in tabula adcuratissime confecta non inueni). — 29. — 30 ad *ἱερὸν Αἴαντος.* — 31. — 32 initium ad *ἑξήκοντα σταδίων* et finis ab *μικρὸν δέ.* — 46. — 47. — 51 *μετὰ γὰρ τὸ Λεκτόν* ad *καλούμενον κόλπον,* deinde *ἰδίως μέντοι* ad *ἔχουσα λιμένα.* — 57. — 67 exceptis scilicet Posidonii uerbis. — 68 inde a *Κάναι.* — Cuius peripli quae supersunt uel obiter legentem non fugit uno tenore, eodem stilo, eadem ratione esse conscripta; uide litoris mensuram qua peripli auctor oppida promunturia fluuios coniungebat: 10 *Ζέλεια . . . ἀπέχουσα*

Κυζίκου μὲν σταδίους ἐνενήκοντα καὶ ἑκατόν, τῆς δ' ἐγγυτάτω θαλάττης, καθ' ἣν ἐκδίδωσιν Αἴσηπος, ὅσον ὀγδοήκοντα. — 12 a Memnonis sepulcro ad Aesepi ostium. — 18 Lampsaco Abydum Callipolim. — 22 Lampsaco Ilio Sesto Abydum. — 23 Abydo ad Aesepum. — 28 Abydo Dardanum. — 32 Rhoeteo Sigeum. — 46 Tenedus. — 51 ab Lecto promunturio Polymedium Assum Gargara; sinus Adramyttenus. — 67 Anderis Palaeam, a Caico Pitanen. — In ipsa ora describenda praecipue portus et rem maritimam respiciebat: 12 Priapi portus. — Parium *λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου.* — 18 Lampsacus *εὐλίμενος.* — 22 tota paragraphus id genus obseruationibus referta. — 29 *λιμὴν* (cod. *λίμνη*) *Πτελέως.* — 31 Sigeum, nauale, portus Achaeorum. — 46 Tenedi portus. — 51 sinus Adramyttenus, Adramyttii et Cisthenes portus. — 57 Assiorum portus. — 67 Pitanes duo portus. — Promunturia montes paludes non omittebat: 22 prope Dardanum prom. — 28 Dardanis prom. — 30 Rhoeteum litus. — 31 *ἡ στομαλίμνη . . . λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι.* — 31 et 46 Sigeum prom. — 51 Alexandria mons. — 67 Sapra palus. — 68 *ἄκρας ἣν Αἶγά τινες ὀνομάζουσιν.* — Fluuiorum ora adcurate nominabat: 10 et 11 Aesepi, 11 Granici, 19 Paesi, 28 Rhodii, 31 Scamandri, 67 Eueni.

Inprimis oppida suo quidque loco periplo iniciebat, situs opportunitatem laudabat:

12. *Πρίαπος πόλις ἐπὶ θαλάττῃ.* — 14. *Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ.* — 15. *Λίνον χωρίον ἐπὶ θαλάττῃ.* — 18. *Λάμψακος δ' ἐπὶ θαλάττῃ πόλις.* — 18. *Καλλίπολις κεῖται δ' ἐπ' ἀκτῆς ἐκκειμένη κτλ.* — 22. *Ἄβυδος . . ἐπίκειται δὲ τῷ στόματι τῆς Προποντίδος καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου.* — 30. *Ῥοίτειον πόλις ἐπὶ λόφῳ κειμένη.* — 47. *Χρῦσα ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη.* — 47. *Ἁμαξιτὸς ἡ τῷ Λεκτῷ ὑποκειμένη.* — 51. *Ἄσσος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης.* — 51. *κεῖται δὲ τὰ Γάργαρα ἐπ' ἄκρας* etc. — 11. *ἐπὶ δὲ τῷ Γρανίκῳ πόλις ἦν Σιδήνη . . κατέσπασται δὲ νῦν.* — 19. *ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός· κατέσπασται δ' ἡ πόλις.* — 32. *ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρωάδι τὰ Ἄστυρα . . κατεσκαμμένη πόλις.* — 31. *τὸ Σίγειον, κατεσπαμένη πόλις.* — 51. *ἔξω δὲ τοῦ κόλπου καὶ τῆς Πυρρᾶς ἄκρας ἥ τε Κισθήνη ἐστὶ πόλις ἔρημος.* — 57. *ἡ Ἄσσος ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχής.* —

Pristina nomina, *κτίσματα*, fata, res sacras, fabulas, mirabilia curabat:

18. Lampsacus: *ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Πιτυοῦσσα καθάπερ καὶ τὴν Χίον φασίν.* — 46. Tenedi insulae nomina. — 47. *ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ νῦν κεῖται ἡ Ἀλεξάνδρεια Σιγία ἐκαλεῖτο.* — 68. *οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο ὃ νῦν Κάνην καὶ Κάνας λέγουσι.* — 11. *Σιδήνη χώραν ἔχουσα πολλὴν ὁμώνυμον.* — 13. Adrasteia *ἔχουσα ὑποκείμενον*

πεδίον ὁμώνυμον. — 19. *Παισὸς πόλις καὶ ποταμός.* — *κτίσματα* Priapi 12, Parii 14, Paesi Lampsaci 19, Abydi Sesti 22, Dardani 28, Tenedi 46, Adramyttii 51, Pitanae 67, Canarum 68. — fata: pugna ad Granicum commissa 11, res Pariorum 14, res Paesenorum 19, de Abydo 22, de Dardano 28, *πολίσματα συνῳκισμένα* 47. — res sacrae: 11 *κολωνὸς ἐφ' ᾧ τάφος δείκνυται Μέμνονος τοῦ Τιθωνοῦ.* 13. *πεδίον . . ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν Πυκάτην* etc. 28. *τὸ Κυνὸς σῆμα . . . ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον.* 29. *Ὀφρύνιον ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ.* 30. *μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος.* 46. *ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος.* 51. *τῆς Πυρρᾶς ἄκρας . . . ἐφ' ᾗ καὶ ἀφροδίσιον ἵδρυται.* 51. *Ἄστυρα ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον.* 67. *ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι μητρὸς θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον.* — Fabulae 11 de Ganymede, 14 *οἱ Ὀφιογενεῖς*, 46 Tennes, 51 de Paride, 57 de Stratonico, 67 *ἄντρον ὑπόνομον.* 67 *τὰς πλίνθους ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς ὕδασι.* —

Atque cum omnia artissime inter se nexa et uni auctori sint tribuenda[1]) caue tibi persuaseris Strabonem singula singulis ex auctoribus historicis geographis mythographis dedita opera ipsum compilauisse.[2])

Artemidorum Rugeus[3]) cum auctorem pronuntiaret earum peripli partium quae sunt in §§ 51, 67, 68, demonstrauit a meridie septentriones uersus esse profectum, id quod totius operis ratione probatur. Strabo uero suum in usum ordinem Artemidoreum conuertit, id quod non solum ex §§ 51, 67, 68 fit perspicuum sed etiam aliis ex locis; legis enim in § 11: Aesepum inter et Priapum esse Granicum, quem ad fluuiolum sitam esse Sidenen; tum Strabo non pergit, sed redit: *ἐν δὲ τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς ἐστι τὰ Ἁρπάγια.* Quod optime si dis placet explicabitur ex ordine Artemidori non mutato. Plane eadem res est 15 Pityeam sitam esse inter Parium et Priapum, 16 *ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον,* 18 Lampsacum describit tanquam si antea de rebus Abydenorum uerba fecisset, 19 Paesum esse inter Lampsacum et Parium, 23 *ἀπὸ Ἀβύδου δ' ἐπὶ Αἴσηπον* eqs.

---

1) Tenorem quo omnia cohaerent habes cum in illis sexcentiens repetitis uocibus *εἶτα . . μετὰ δὲ . . πλησίον . . μεταξὺ δὲ . .* tum, ut leuiora omittam, in ipsa nauigatione uerbis expressa: 16. *ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον.* 22. *τὸ δὲ ζεῦγμά ἐστι μικρὸν ἀπὸ τῶν πόλεων παραλλάξαντι ἐξ Ἀβύδου μὲν ὡς ἐπὶ τὴν Προποντίδα κτλ.* 23. *εὐθυπλοίᾳ.* 32. *εὐθυπλοούντων.* 32. *μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης* 27 extr. 45 extr.

2) Velim conferas praeter cetera Sesti et Abydi *κτίσματα* cum ipso periplo arte iugata § 22.

3) Quaestiones Strabonianae. diss. Lips. 1888 p. 4—9.

Haec hactenus; uenio nunc ad alia argumenta, quibus origo Artemidorea spero fiat certior; namque insulae promunturia oppida ex aduerso Troadis posita ubicunque data est occasio, commemorata sunt; atque insulas (46 Tenedus Calydnae; 68 Lesbus) non curo; Strabonem sequor qui ipse sua Thracica respexit; inuenimus enim reuera in periplo Thraciae locos qui feliciter respondent:

XIII, 1, 22. *περὶ δὲ Σηστοῦ καὶ τῆς ὅλης Χερρονήσου προείπομεν ἐν τοῖς περὶ τῆς Θρᾴκης τόποις.*	VII fr. 52. *εἶθ' ἡ Χερρόνησος . . ἄκρα . . συνάπτουσα τὴν Εὐρώπην πρὸς τὴν Ἀσίαν ἑπτασταδίῳ πορθμῷ* eqs.
XIII, 1, 31. *κατὰ δὲ τὴν Σιγειάδα ἄκραν ἐστὶν ἐν τῇ Χερρονήσῳ τὸ Πρωτεσιλάειον καὶ ἡ Ἐλαιοῦσσα περὶ ὧν εἰρήκαμεν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις.*	VII fr. 52. *εἶτ' ἐν κόλπῳ Ἐλαιοῦς, ὅπου τὸ Πρωτεσιλάειον, καθ' ὃ τὸ Σίγειον ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων ἐστὶν ἄκρα τῆς Τρῳάδος.*
XIII, 1, 28. *ὁ Ῥοδίος . . καθ' ὃν ἐν τῇ Χερρονήσῳ τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστιν ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον.*	VII fr. 56. *ἐνταῦθα δ' ἐστὶ τὸ Κυνὸς σῆμα ἄκρα, οἱ δ' Ἑκάβης φασί· καὶ γὰρ δείκνυται κάμψαντι τὴν ἄκραν τάφος αὐτῆς.*
XIII, 1, 18. *ἐν δὲ τῇ περαίᾳ τῆς Χερρονήσου πολίχνιόν ἐστι Καλλίπολις* eqs.	VII fr. 56. *εἶτα Καλλίπολις ἀφ' ἧς εἰς Λάμψακον δίαρμα εἰς τὴν Ἀσίαν τετταράκοντα.*
XIII, 1, 16. *ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Παρίου εἰς Πρίαπον . . Προκόννησος, πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον* eqs.	VII fr. 56. *καθ' ὃν τόπον ἡ Προκόννησος ἐγγυτάτω τῆς γῆς ἐστι ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων, τὸ μέταλλον ἔχουσα τῆς λευκῆς μαρμάρου πολύ τε καὶ σπουδαῖον.*

Quibus locis cum ipso periplo quam maxime coartatis uerisimillimum fit periplos Chersonesi Thracicae et Troadis ex eodem fonte fluxisse. Quare statim quantulum ex fragmentis Palatinis et Vaticanis potest fieri periplum Thracicum restituamus. Cuius sunt:

fr. 17. 18. 19. 20 ad *καὶ Θέρμης.* 21 ab *μετὰ δὲ Ἄξιον* ad *καὶ Κισσός.* 22. 23 ad *καὶ Θέρμης.* 24 ad *καὶ ἄλλα.* 25 ab *μετὰ δὲ Θεσσαλονίκειαν.* 27. 28. 29. 31. 32. 33. 34. 35 usque ad *εἰς τὴν διώρυγα* et finem ab *μετὰ δὲ Ἄθω.* 36. 37. 41 inde a *τῆς δ' ἐν τῷ Στρυμονικῷ* ad *κατοικία μικρά.* 43. 44 (excipias quae de Diomede Bistonum rege sunt dicta). 47. 48 ab *μετὰ δὲ τὴν Μαρώνειαν* ad *ἣν Βιζύη.* 52. 53. 54. 56. 59 ad *τριακόσιοι εἴκοσι.*

Quas paragraphos propter continuum argumentum et eundem descriptionis tenorem ex uno auctore contendo pendere; hoc singulis

ni fallor demonstrabitur exemplis. Primo loco stadia tibi praebeo; namque auctor Strabonis totius orae Macedoniae et Thraciae stadia inter singula oppida quae essent, addiderat; reliquias habemus haud paucas: fr. 36 Peneo Pydnam, 20 et 22 Pydna Methonen Alorum, 21 ab Axio ad Echedorum, 25 Pallenes insulae periplus, 28 Potidaea Olynthum, 33 Acantho Stagirum, 52 et 56 Cardia Elaeunta Sestum ad Aegos flumen. Mensurae litoris finiuntur in fr. 57; auctor nominatur, est Artemidorus: Perintho Byzantium esse DCXXX stadia, ab Hebro eodem tria milia centum *ὥς φησιν Ἀρτεμίδωρος, τὸ δὲ σύμπαν μῆκος ἀπὸ Ἰονίου κόλπου τοῦ κατὰ Ἀπολλωνίαν μέχρι Βυζαντίου ἑπτακισχίλιοι τριακόσιοι εἴκοσι.* Adsero statim ipsa nauigationis uestigia: fr. 25 *ὁ περίπλους ταύτης τῆς χερρονήσου,* 33 *ὁ περίπλους τῆς χερρονήσου,* 48 *παράπλους τραχύς,* 52 *περιπλέοντι,* 56 *ἔστι δ' ἐν τῷ περίπλῳ τούτῳ* eqs. *κάμψαντι τὴν ἄκραν* eqs. Cetera plane eadem sunt atque in Troade nec non optime congruunt cum fragmentis Artemidoreis: oppida breuiter descripta leguntur (Dion 17, Alorus 20, Potidaea 25 = 27, Acanthus 31 = 33, Acrothous 33, Philippi 34 = 41, Amphipolis 35, Scotusa Arethusa 36, Dicaea 44, Ainos 52, Lysimachea Cardia Pactye 52—54, alia), fluuiorum ostia suo quidque loco inueniuntur (Haliacmon 22, Erigon Ludias 20, 22. 23, Axius 20, 23, Echedorus 21, Strymon 33, 35, 36, 37, Nestus 35, 44, 47, *τὸ Λάτον ποταμοὺς ἔχον* 36, Hebrus 48, 52, Melas 53, Athyras Bathynias 56). Tantulis minutiis similibus omnes paragraphi refertae sunt; quare taedet singulatim exscribere promunturia sinus portus res maritumas; leuiter tantummodo transire libuit locos quibus iter et cursum ex caelo denotatum habemus: 22 *ἡ πρὸς βορρᾶν τοῦ κόλπου παραλία,* 31 *πρὸς ἕω,* 32 *πρὸς ἀνατολάς . . . πρὸς βορρᾶν κτλ,* 36 *ἐπὶ ἄρκτους ἰόντι,* 47 *πρὸς ἀνατολάς,* 52 *ἄκρα γὰρ ἔκκειται πρὸς εὐρόνοτον, νοτιώτατον ἄκρον τῆς Χερρονήσου,* 53 *ἐκ βορρᾶ, ἐξ ἀνατολῶν, ἐκ νότου.* Numquid uis longiores tabulas? Nomina pristina et alia nec non eadem (*ὁμώνυμα* dico,) *κτίσματα* facta fabulas si quaeris adeas uelim ipsum Strabonem. Satis de istis rebus nobis uidemur disputauisse; aliis uentis dabimus uela. Forsitan enim hic quispiam me interrogauerit, curnam non solum orae maritimae res, sed etiam itinera terrestria dixerimus Artemidorea. Itaque pauca uerba de his itineribus Macedonicis et Thracicis faciamus et euoluamus, unde faustum sit initium, paragraphum Strabonis VIII, 8, 5 ubi deprehendis Artemidorum a Thessalonica septentriones uersus profectum, Eidomenen[1]) et Stobos, Axium secundum fluuium. Cui itineri, ut

---

[1]) Scimus ex Thucydide II, 100 et ex tabula Peutingeriana Eidomene ubi sita fuerit.

genuinum restituatur quantum potest fieri Artemidoreum, adglutinare non dubito et ex fragmento VII, 36 uerba de Parorbelia facta *ἡ Παρορβηλία ἐν μεσογαίᾳ ἔχουσα κατὰ τὸν αὐλῶνα τὸν ἀπὸ Εἰδομένης Καλλίπολιν* et ex fragmento VII, 20 quae de Erigone in Axium flumen influente sunt dicta. Stobos foede omiserunt qui Strabonis libros excerpserunt. Aliud iter, aduerso Strymone factum, restituere libet ex fragmento VII, 36: *ἐν δὲ τοῖς Βισάλταις ἀνὰ ποταμὸν ἰόντι τὸν Στρυμόνα καὶ ἡ Βέργη ἵδρυται . . . ἐπὶ δὲ ἄρκτους ἰόντι ἀπὸ Ἡρακλείας καὶ τὰ στενὰ δι' ὧν ὁ Στρυμὼν φέρεται δεξιὸν ἔχοντι τὸν ποταμὸν ἐκ μὲν τῶν εὐωνύμων ἐστὶν κτλ, ἐν δεξιᾷ δὲ κτλ;* in fine itineris Strymonii Axius respicitur: *οὐ μόνον δ' ὁ Ἄξιος ἐκ Παιόνων ἔχει τὴν ῥύσιν ἀλλὰ καὶ ὁ Στρύμων κτλ.* De Ludia fluuiolo, cuius ad Pellam *ἀνάπλους* dicitur, nihil habeo quid tecum communicem. Verum quartum iter, quod in fr. 48 habemus, uidetur memorabilius; Artemidorus enim etiam Hebro erat subuectus: *εἶθ' Ἕβρος ἀνάπλουν ἔχων εἰς Κύψελα ἑκατὸν εἴκοσι . . . παροικοῦσι δὲ τὸν Ἕβρον Κορπῖλοι καὶ Βρέναι ἔτι ἀνωτέρω, εἶτ' ἔσχατοι Βέσσοι· μέχρι γὰρ δεῦρο ὁ ἀνάπλους.* Quo in itinere Astios, qui post Bessos apud Strabonem occurrunt, existimo esse commemoratos; uide Steph. Byz. s. u. *Ἀσταί· ἔθνος Θρᾴκης, Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα.*

II. DE INSVLIS MAGNIS.

L e s b i insulae a Strabone secundum Artemidorum descriptae[1]) periplus post alia Artemidorea incipit a uerbis XIII, 2, 2 *τὰ καθ' ἕκαστα οὕτως ἔχει· ἀπὸ Μηθύμνης εἰς Μαλίαν τὸ νοτιώτατον ἄκρον ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον καθ' ὃ αἱ Κάναι μάλιστα ἀντίκεινται τῇ νήσῳ καὶ συναπαρτίζουσι, στάδιοί εἰσι κτλ.* Ergo ab ea parte insulae facit initium quae continenti quam aiunt terrae proxima est atque ita eam circumuehitur, ut a dextra sit insula, altum mare a sinistra.

Plane eodem modo institutus est periplus C y p r i insulae XIV, 6, 2—3: . . *ἀρξαμένοις ἀπὸ τοῦ προσεχεστάτου σημείου τῇ ἠπείρῳ,* Crommyum promunturium contra Anemurium, Ciliciae promunturium, situm esse *ἐν τριακοσίοις καὶ πεντήκοντα σταδίοις,* pergitur *ἐντεῦθεν δ' ἤδη δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχουσιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὴν ἤπειρον πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἐστι καὶ πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὰς Κλεῖδας εὐθυπλοίᾳ σταδίων ἑπτακοσίων.*

---

[1]) Rugeus demonstrauit pg. 7; addas Agathemeri uerba § 26 *Λέσβον περίμετρος ,αρʹ.*

Tertio loco Chium insulam tibi praebemus: XIV, 1, 35 legis oppido et portu Chiorum breuiter commemoratis *ἐν δὲ τῷ περίπλῳ δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχοντι ἀπὸ τῆς πόλεως* (quae proxima est ab litore Ionico) *πρῶτον μέν ἐστι τὸ Ποσείδιον κτλ.*

Ne Rhodi quidem insulae periplus alius est: XIV, 2, 5 urbem sitam esse in promunturio orientem solem, i. e. Cariae oram spectante; periplus porro tractatur § 11 *ἔστι δὲ πρώτη μὲν Λίνδος ἀπὸ τῆς πόλεως πλέουσιν ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν νῆσον πόλις ἐπὶ ὄρους ἱδρυμένη κτλ.*

Quam his exemplis deteximus consuetudinem non dubito quin mecum etiam cognoueris in insula Co ita descripta (XIV, 2, 18—19) ut initium sit captum a Scandaria promunturio, quippe quod Cariam maxime spectet, sequatur oppidum Coorum, pergatur *ἔχει δὲ πρὸς νότον μὲν ἄκραν τὴν Λακητῆρα . . . ἀπὸ δύσεως δὲ τὸ Δρέκανον.* ergo etiam in hoc periplo *ἐν δεξιᾷ ἔχομεν τὴν νῆσον.*

Cephalleniam ceteris insulis si tibi placet adglutinabimus, cum promunturia et oppidula eo ipso ex ordine habeamus nominata ut periplus existat *ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον.* Cf. X, 2, 15 *κεῖται δ' ἡ Κεφαλληνία κατὰ 'Ακαρνανίαν διέχουσα τοῦ Λευκάτα . . . τοῦ δὲ Χελωνάτα . . . μέγιστον δ' ὄρος ἐν αὐτῇ ἐν ᾧ τὸ Διὸς Αἰνησίου ἱερόν. καθ' ὃ δὲ στενωτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος. ταπεινὸν ἰσθμὸν ποιεῖ . . . πλησίον δ' εἰσὶ τῶν στενῶν ἐν κόλπῳ Κράνιοί τε καὶ Παλεῖς* (uide H. Kieperti Formas Orbis Ant. tab. XV. Berolini 1894).

Septima sit Icaria (XIV, 1, 19): totam insulam circuitu patere CCC stadia (eundem numerum ex Artemidoro hausit Agathemerus 26); nauibus optimum egressum praebere Histos, ab occidente parte promunturium; deinde Oenoe laudatur quod oppidulum septentriones spectat; tum Dracanum promunturium contra Cantharium Samiorum situm. Itaque etiam hanc insulam certo ex illo principio inuenis delineatam: insula est a dextra, a sinistra altum mare; neque enim illud uidetur magni momenti quod initium Icariae non fit ab ea parte quae proxima est ab Asia.

Artemidoro non Lesbum solam insulam sed totum quod expiscati sumus principium atque Cyprum Chium Rhodum nec non Coum Cephalleniam Icariam adtribuendas esse clarum uidetur; fiet puto clarius ubi singulas percensuerimus.

Atque primum quidem de Cypro insula in animo est disputare. Insulae circuitus dicitur (XIV, 6, 2) *κατακολπίζοντι* IIIMCCCCXX stadiorum; eundem numerum Agathemerus 26 ex Artemidoro tradidit; Artemidorus secutus erat Timosthenem ut ex Plinio V, 129 elucet. Longitudinis stadia MCCCC, quae Strabo uendit, corrupta iam C. Muellero G.G.M. II p. 486 uisa sunt; *Υ* (= *τετρακόσια*) emendes in *Τ* (= *τριακόσια*), ut MCCC stadia Artemidorea a Plinio et Aga-

themero tradita efficiamus. Ceteros stadiorum Cypriorum numeros ipsos quoque Artemidoro reddere non dubito.[1]) Verba de Acama monte facta *δύο μαστοὺς ἔχουσα* redolent ipsa quoque Artemidorum; exempla congessi ex paragraphis Artemidoro uindicandis: XIV, 6, 3 *ὄρος μαστοειδὲς Ὄλυμπος,* ibidem *λόφος τραχὺς ὑψηλὸς τραπεζοειδής,* ibidem *Κουριὰς < ἄκρα > χερρονησώδης;* XIV, 5, 3 *Λαέρτης ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς;* VII fr. 33 = 35 *Ἄθως ὄρος μαστοειδές;* XIV, 2, 15 *νῆσος . . θεατροειδής;* Artemidorus apud Steph. Byz. s. u. *Ψευδοκοράσιον ʽαἰγιαλὸς . . μηνοειδής᾽;* idem ibidem s. u. *Δῶρος ʽ. . ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου . .᾽;* Str. III, 1, 4 (137/8) *αὐτὸ δὲ τὸ ἄκρον . . Ἀρτεμίδωρος εἰκάζει πλοίῳ κτλ. προσλαμβάνειν δὲ τῷ σχήματι νησίδια τρία κτλ.;* Str. IX, 1, 9 Salamis *ἐπὶ χερρονησοειδοῦς τόπου.* Peripli ipsius etiam singulae res Artemidoreae sunt: habes multos portus, naualia, egressus, promunturia, montes suo quidque loco nominata; res sacrae, templa deorum, *ἱερὰ ἄλση* nouiens occurrunt, breuia *κτίσματα* oppidulis adiecta sunt. Inprimis autem Artemidori stilum cognosco cum ex nauigationis cursu quo tendat ubique adnotato (*πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἐστι καὶ πρὸς ἕω . . ἀρχὴ δ᾽ οὖν τοῦ δυσμικοῦ παράπλου . . εἶτα πρὸς ἕω πλοῦς . .*) tum ex promunturiis insulis oppidis, quaecunque contra Cyprum sita sunt, diligentissime nominatis computatisque interuallis: *Καρπασία . . κεῖται δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα. ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπέρβασίς ἐστιν ἰσθμοῦ τριάκοντα σταδίων πρὸς τὰς νήσους τὰς Καρπασίας καὶ τὸ νότιον πέλαγος. — πρόκεινται δὲ πλησίον αἱ Κλεῖδες καὶ ἄλλαι τε πλείους, εἶθ᾽ αἱ Καρπασίαι νῆσοι. — Κίτιον . . ἐντεῦθεν εἰς Βηρυτὸν στάδιοι χίλιοι πεντακόσιοι. παράπλου τοῦ βλέποντος πρὸς Ῥόδον* eqs. — *φασὶ δ᾽ εἰς Ἀλεξάνδρειάν τινες ἐκ Πάφου σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑξακοσίους.*[2]) — Quae contra Hedylum poetam disputata legis, ex Artemidori copia sint hausta necne parum liquet; nam ex uerbis *οὐ ζεφύρῳ δὲ οὔτ᾽ ἐν δεξιᾷ ἔχοντι τὴν νῆσον οὔτ᾽ ἐν ἀριστερᾷ* de auctore quicquam proferre iudicii ausus non sum.

Cypria hactenus, nunc de C h i i insulae periplo pauca habeo proferenda. Quod Agathemerus 26 scribit *Χίου περίμετρος ͵αχξʹ* non pugnat cum Strabonis uerbis *τὸν μὲν περίπλουν ἐστὶ σταδίων ἐνακοσίων παρὰ γῆν φερομένῳ.* Namque Artemidorus plurima interualla ita computabat ut duos numeros praeberet: maiorem *ἐγκολπίζοντι* uel *κατακολπίζοντι* uel *παρὰ γῆν φερομένῳ,* minorem *εὐθυπλοίᾳ.* Exempla conferas: Artemidori fragmenta apud Str. VIII, 2, 1 (*κατα-*

---

[1]) nam Agathemeri uerba § 16 nolo referre in Artemidorum; uide Rugeum, Commentat. Ribbeck. 479, cuius sententiam non ubique probo.

[2]) Agathemerus 26 exhibet 3800 stadia; quare suspicor Artemidorum ex duobus auctoribus duos numeros computauisse, praesertim cum dicat Strabo *φασὶ δὲ . . τινές.*

κολπίζοντι), XIII, 3, 5 (*ἐγκολπίζοντι*), XIV, 5, 16 (*εὐθυπλοίᾳ*), XVI, 2, 33 (*κατακολπίζοντι*). Adsero ex Cypriis XIV, 6, 2 (*κατακολπίζοντι*), XIV, 6, 3 (*εὐθυπλοίᾳ*) et ex Aeolicis XIII, 1, 23 (*εὐθυπλοίᾳ*), XIII, 1, 32 (*εὐθυπλοούντων*). Cetera quae de rebus Chiorum Strabo narrauit, ipsa quoque debet Artemidoro: sunt portus naualia egressus promunturia montes templa. De Melaena promunturio ubi agitur, etiam ex aduerso quae sita sit insula nominatur stadiis non omissis. Ex Artemidoro porro fluxerunt *Λαΐους καὶ οὗτος ὕφορμος αἰγιαλὸς ὅθεν εἰς τὴν πόλιν ἑξήκοντα σταδίων ἰσθμός*; simillima enim inuenimus inter Lesbia et Cypria: XIV, 6, 3 *εἶτ' Ἀφροδίσιον, καθ' ὃ στενὴ ἡ νῆσος · εἰς γὰρ Σαλαμῖνα ὑπέρβασις σταδίων ἑβδομήκοντα*; ibidem *ἐκ δὲ τῆς Καρπασίας ὑπέρβασίς ἐστιν ἰσθμοῦ τριάκοντα σταδίων πρὸς τὰς νήσους κτλ.* XIII, 2, 2 *κατὰ κώμην . . Αἴγειρον στενωτάτη ἐστὶν ἡ νῆσος ὑπέρβασιν ἔχουσα εἰς τὸν Πυρραίων εὔριπον σταδίων εἴκοσιν.* 4. *ἡ δὲ Πύρρα . . ἔχει λιμένα ὅθεν εἰς Μυτιλήνην ὑπέρβασις σταδίων ὀγδοήκοντα.* Conferas etiam Thracica VII fr. 25 *πενταστάδιον δ' ἔχει (ἡ Παλλήνη) τὸν ἰσθμὸν διορωρυγμένον.* fr. 52 *ἰσθμῷ δὲ κλείεται τετταράκοντα σταδίων.* Insuper addo ex Artemidori fragmento apud Strabonem XIV, 3, 3 seruato *Τλῶν κατὰ τὴν < ὑπέρ > θεσιν τὴν εἰς Κιβύραν κειμένην.*

Eadem repperis in breuissima Cephalleniae descriptione, in quam hac occasione paucis libet redire: X, 2, 15 *τὸ Διὸς Αἰνησίου ἱερὸν · καθ' ὃ δὲ στενωτάτη ἡ νῆσος, ταπεινὸν ἰσθμὸν ποιεῖ κτλ.*

Coi insulae magnitudo XIV, 2, 19 Artemidoro debetur, cum Agathemerus 26 consentiat cum numero Straboniano. Peripli natura non abhorret a consuetudine Artemidorea; habes stadia portus promunturia templa pristina nomina. Nisyrus sexaginta stadia a Co abesse dicitur etiam X, 5, 16 ubi inter alias Cycladas Sporadasque etiam Nisyrus tractatur.

Eodem artissimo uinculo duo de Icaria insula loci et inter se nexi et cum Artemidoro iuncti mihi uidentur. Namque XIV, 1, 19 habemus praeter ea quae supra exscripsimus compluria quae quin Artemidori sint non dubito. Circuitus CCC stadiorum etiam ab Agathemero 26 proditus est. In portus promunturia templa respicitur. Atque optime ni fallor quadrant in morem Artemidori quae de Dracano monte scriptum uidemus *ἡ δὲ ἄκρα διέχει τῆς Σαμίων ἄκρας τῆς Κανθαρίου καλουμένης ὀγδοήκοντα σταδίους ὅπερ ἐστὶν ἐλάχιστον δίαρμα τὸ μεταξύ.* Nunc uero quae sit ratio inter paragraphos XIV, 1, 19 et X, 5, 13 uelim inquiras:

XIV, 1, 19. *νῆσος Ἰκαρία ἀφ' ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος . . . νυνὶ μέντοι λειπανδροῦσαν Σάμιοι νέμονται τὰ πολλὰ βοσκημάτων χάριν.*	X, 5, 13. *καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἰκάριον καλεῖται τὸ προκείμενον πέλαγος . . ἡ μὲν οὖν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ' ἔχει καὶ χρῶνται αὐταῖς Σάμιοι.*

Caue suspiceris casu quodam haec non discrepare; nam initio paragraphi X, 5, 13 nominatas inuenis insulas Corassias Icariam Samum ita ut Corassiae non inter Samum sint et Icariam, sed ad occasum uersae Icaria proficiscentibus: *πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Πάτμος καὶ Κορασσίαι πρὸς δύσιν κείμεναι τῇ Ἰκαρίᾳ, αὕτη δὲ Σάμῳ.* Plane idem exponitur XIV, 1, 13, i. e. ante Samum et Icariam fusius enarrandas: *τῆς δὲ Τρωγιλίου πρόκειται νησίον ὁμώνυμον · ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω δίαρμά ἐστιν ἐπὶ Σούνιον σταδίων χιλίων ἑξακοσίων, κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Ἰκαρίαν καὶ Κορσίας, τοὺς δὲ Μελαντίους σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων, τὸ λοιπὸν δὲ διὰ μέσων τῶν Κυκλάδων νήσων.*[1])

De Samo insula, quam ab Icaria non est quod disiungamus, difficilior oritur quaestio, etsi non multum ualet quod Agathemerus IↃCXXX, Strabo IↃC stadia exhibet. Litterula *τ* quam facile fieri potuit, ut omitteretur! Neque Drepani nomen (§ 15) quod a Dracano uidetur abhorrere mouerit suspiciones, cum utraque forma apud geographos fuerit in usu.[2]) At Samus longe alio modulo describitur atque ceterae insulae! Incipit § 14 ab ipsa urbe, id quod per se nequaquam est mirum; nam etsi meridiem spectat, tamen non nimis longo interuallo distat a Trogilio promunturio. Tum uero pergitur *ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον,* sequitur de freto, insula quadam, Neptuni templo breuis relatio, *ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὸ προάστειον τὸ πρὸς τῷ Ἡραίῳ καὶ ὁ Ἴμβρασος καὶ τὸ Ἡραῖον,* templum clarissimis artificiis ornatum. Quae peripli auctorem prorsus non redolent! Singula ut Artemidorus quoque suo loco commemorauerit, — ueluti Posidonium promunturium, fluuium, freta — uniuersam insulam ab eo ex ista enarratam esse ratione nihil habeo unde efficiam. Qui haec composuit, non insulas circumuehebatur, sed naue sua nescio unde celeberrimum ad oppidum appulsa, qua forma esset atque dextrorsum sinistrorsum quid oculis cerneretur postquam cognouit, raptim alia uisurus nescio quo profectus est. Quae si deliberaueris neque Myronis operum uaria neglexeris fata, mecum Schroetero[3]) non dubito quin adsensurus sis ipsum Strabonem Samum uisitauisse existimanti.

Restat ut Rhodiorum insulam cui Strabo debeat disputem; atque taceo de § XIV, 2, 5 quae maximam partem ipsius Strabonis sit, licet nonnulla tuo periculo in Posidonium referas; ne de 6, 7, 8 quidem paragraphis uerba sum facturus, quippe quae Apollodorum

---

[1]) X, 5, 13 forma *Κοράσσιαι,* XIV, 1, 13 *Κορσίαι* legitur; sed eaedem insulae sunt, uide C. Muellerum G.G.M. I 499.

[2]) Vide C. Muellerum G.G.M II 479.

[3]) De Strabonis itineribus diss. Lips. 1874 pg. 20; confer etiam Paulum Meyerum, Straboniana, Progr. Grimmense 1890 p. 12.

redoleant (E. Schwartzius P.W. I 2869, 58); etiam nonam nunc quidem missam facio. De decima pauca sufficient: Kaibelius enim I.G. XIV pg. 190 iam uidit de Parthenope aliter hic, aliter narrari V, 4, 7 (246). Itaque cum ibi Artemidori legamus sententiam etiam a Plinio repetitam, haec paragraphus ab Artemidoro abiudicanda est: immo Lehrsium sequor (de Arist. rel. p. 188; cf. etiam Nieseum Rh.M. 32, 293) qui eam Apollodoro tribuit. Timaei autem uerba E. Schwartzius P.W. I, 2869, 58 bene seclusit, quippe quae uerisimile sit a Strabone operi suo esse ex Artemidoro inserta; nam in hunc referenda censui quae Meinekeus remouit *φασὶ δὲ τοὺς γυμνῆτας ὑπὸ Φοινίκων βαλεαρίδας λέγεσθαι, διότι τὰς Γυμνασίας Βαλεαρίδας λεχθῆναι,* cum paene iisdem expressa uerbis repperiantur apud Agathemerum § 20 *τῶν δὲ Γυμνησίων ἃς Καρχηδόνιοι Βαλιαρίδας καλοῦσιν (οἱ γὰρ σφενδονῆται οὕτω καλοῦνται < οἱ > Βαλιαρεῖς) κτλ.* Vltimum paragraphi enuntiatum continet ni fallor Artemidori numerum; discrimen enim haud paruum quod inter hunc et Agathemeri MC stadia est, ex Artemidorea binorum numerorum ratione optime explicatur. Paragraphis 11 et 12 habes Artemidoreum plane eiusdem atque priores naturae periplum. Taedet singula exscribere, nisi *Λίνδος . . . ἀνατείνουσα καὶ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν μάλιστα* et *τὸ Θοάντειον ἀκτή τις ἧς μάλιστα πρόκεινται αἱ Σποράδες αἱ περὶ τὴν Χαλκίαν ὧν ἐμνήσθημεν πρότερον,* quod factum est X, 5, 14; quem locum ubi inspexeris, tenebis uerba *τῆς Κῶ καὶ τῆς Ῥόδου περὶ ὧν ἐροῦμεν ὕστερον.* En nouum tibi demonstraui uinculum quo illud Cycladum et Sporadum caput cum libro XIV coniunctum est. Haec hactenus.

III. IONICA ET CARICA.

Ionica et Carica Strabo ex communi tractauit ratione; namque post Ioniae periplum legis iter terrestre in Ioniae *μεσόγαιαν* factum et Cariae periplum excipiunt uerba de oppidis Mylasa Stratonicea Alabanda *ἐν τῇ μεσογαίᾳ* sitis facta. Atque periplos quidem nemo dudum uir doctus non uidit plane contra Strabonis uniuersum consilium esse institutos; nam etsi ex Troade et Asiae regionibus septentrionalibus meridiem uersus proficiscitur primam Ioniam, alteram Cariam uisitaturus, tamen utriusque res memorabiles, et Ionicas et Caricas, ita ordinauit, ut a finibus meridionalibus initium caperet, septentriones uersus profecturus. Quod cum satis aliunde nequaquam nisi ex auctoris ratione possit explicari, bonae Fortunae grates agamus, quod Artemidorum Asiae oram ex hoc ordine descripsisse probe cognitum habemus (Stiehleus Philol.

XI, 231 sq.). Atque ad Artemidorum stadiasmus quem Ioniae legimus praefixum (XIV, 1, 2) referendus est; nam uiae quae Epheso Smyrnam est, longitudinem tenes Artemidoream ut ex Str. XIV, 2, 29 intellegitur; Artemidorus etiam fines Ioniae *εἰς δὲ Φώκαιαν καὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἰωνίας* (XIV, 2, 29) porrexerat; in Artemidorum optime reducas adcuratissima illa *ὁ περίπλους ὁ παρὰ γῆν . . διὰ τοὺς κόλπους καὶ διὰ τὸ χερρονησίζειν ἐπὶ πλεῖον τὴν χώραν, τὸ δ' ἐπ' εὐθείας . . ἐπ' εὐθείας* (XIV, 1, 2). Artemidoro supra dedimus Samum Icariam, Chium, Rhodum, Coum (XIV, 1, 13. 15. 19. 35; 2, 11, 12, 19). Accedit quod Artemidorus bis in Ephesiacis laudatur (XIV, 1, 22, 26).

De periplis haec uniuersa hactenus; singula antequam proponam, de itineribus terrestribus paululum uidetur disputandum. Ionicum incipit 1, 38 *ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Ἰωνικῆς παραλίας λοιπά ἐστι τὰ περὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἐφέσου μέχρι Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Μαιάνδρου,* pergitur 39 *πρώτη δ' ἐστὶν ἐξ Ἐφέσου Μαγνησία* eqs., 42 *μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδός* eqs., 43 de Nysa, 44 *ἐν δὲ τῇ ὁδῷ τῇ μεταξὺ τῶν Τράλλεων καὶ τῆς Νύσης . . ἐστὶν . . Ἀχάρακα.* Habemus igitur *ἀνάπλουν* ut ita dicam Maeandricum, quem quattuor illis itineribus Macedonicis tuo iure adseres. Alterius itineris ordinem non ita dilucidum legis 2, 22 *ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τρεῖς εἰσι πόλεις ἀξιόλογοι Μύλασα* (22—24) *Στρατονίκεια* (25, ubi etiam Lagina commemorata sunt). *Ἀλάβανδα* (26); neque enim certam ex tabulis Cariae inueneris rationem nisi ipsum Strabonem consulueris apud quem de oppidi Mylasorum situ exstant in § 23 *πλησιάζει δὲ μάλιστα τῇ κατὰ Φύσκον θαλάττῃ ἡ πόλις καὶ τοῦτ' ἐστιν αὐτοῖς ἐπίνειον.* Hinc Mylasa caue quaeras inter Olymum et Passala in campo Ombiano; immo ex Strabonis sententia prope Pystum uel Vlam uel Pisyen sunt sita, atque tunc demum fit iter non absurdum sed bene sanum (uide Kieperti Form. Orb. Ant. tab. IX). Quod magis tibi adridebit, ubi tabulam inspexeris Artemidoream quam Caricorum in fine Strabo posuit (XIV, 2, 29). Incipit ea enim a stadiis itineris Physco Lagina Alabanda in Maeandrum Ephesum facti. En habemus quod quaesiuimus iter! Atque paulo post sequitur iter Ionicum: *ἐξ Ἐφέσου . . ἐπὶ μὲν τὰ Κάρουρα τῆς Καρίας ὅριον πρὸς τὴν Φρυγίαν διὰ Μαγνησίας καὶ Τραλλέων Νύσης Ἀντιοχείας ὁδός . . .* Quae cum ita sint et itinera ipsa mirum in modum congruant cum stadiasmis, Artemidorum etiam itinerum auctorem fuisse contendo. Nunc igitur ad singula transeo percensenda.

Reddo Artemidoro paragraphum XIV, 1, 2. De tertia et quarta dubitanter moneam et uerba Pherecydis more quodam Ephesiaco ex eruditione exquisita prolato esse enodata et Callini de Smyrnaeorum origine uersus uicorum suburbanorum collium fontium nominibus situque Ephesiacorum docte esse expeditos. Itaque

Ephesium auctorem atque Artemidorum has suspicor redolere paragraphos, praesertim cum eum *συστήματα πόλεων* respexisse haud ignoremus ex Str. XIV, 3, 3. Neque uero omnino negauerim doctissimum quendam grammaticum qui Callinum et Hipponactem laudaret nec non Mimnermi Nanno bis citaret, ab Artemidoro exscriptum esse; in primis quae de Nestore et poetis quos aiunt neotericis disputata sunt, Apollodoro reddiderim ut Nieseus uult (Niesei et E. Schwartzii iudicia de his paragraphis habes Rh.M. 32, 292, P.W. I, 2867, 42, IV, 2810, 19). Artemidori periplus incipit a Posidio promunturio Milesiorum, ubi Cariae fines sunt; sumptae uidentur ex eo paragraphi 5. 6 ab *ἔχει δὲ τέτταρας* ad *πλείους τόποι* (ceterum uide E. Schwartzium P.W. IV, 2810, 29 et Muenzelium de Apollodori *περὶ θεῶν* libris diss. Bonn. 1883, 22. 30 sagacius quam uerius disputantem). 7 (altera pars nisi forte Callisthenem ex Strabonis ipsius studio putaueris laudatum.) 8 (tota spirat Artemidorum exceptis de Hecataeo uerbis quae iam ille ab Apollodoro mutuatus uidetur.) 9 (errauit Artemidorus; praebuit Pyrrham Mileto ex aduerso esse positam ita ut oram sinus Latmici legenti prima Miletus, secunda Heraclea, tertia Pyrrha esset; at Pyrrha Miletum inter et Heracleam sita est). 10. 11. 12. 13. 15. 19. 20. 21. 22. 23. (Quae de Thrasonis operibus prolata sunt et finis inde a *νυνὶ δὲ τὰ μὲν* Straboniana sunt, cetera Artemidorea. Vero etiam quae exstant inde a *τοῦ δ' αὐτοῦ* ad *ῥέοντα ποταμόν* Straboni malim dare, non E. Fabricium secutus [P.W. IV, 2393, 22] cuius argumentum et falsum est neque ualeret si rectum esset, sed quod consuetudinem Strabonianam in aliis artificiis operibus insuper additis cognoui; cf. de Thrasone uerba et quae XIV, 2, 9 de Rhodiorum urbe sunt.) 24 (Finis inde ab *ἡ δὲ νῦν πόλις* Strabonianus est; uide XII, 8, 15; XII, 2, 11). 26. 27 (ad *μαντεῖόν ἐστι παλαιόν*; cetera nescio an recte Nieseus Apollodorea dixerit Rh.M. 32, 292) 28 pars prior.

29 conferas

Strabo: *καὶ Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι, μεταξὺ δὲ νῆσος Ἀσπίς, οἱ δ' Ἀρκόννησον καλοῦσι. καὶ ἡ Μυόννησος δὲ ἐφ' ὕψους χερρονησίζοντος κατοικεῖται.*	Steph. Byz. s. u. *Μυόννησος, πόλις μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀρτεμίδωρος δὲ χωρίον αὐτήν φησι.* Steph. Byz. s. u. *Ἀσπίς . . . ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου καὶ Τέω σταδίων ὡς δυοῖν, πρὸς μέν τινων Ἀρκόννησος, πρὸς δέ τινων Ἀσπὶς ὀνομαζομένη . . .*

Nonne communem auctorem Artemidorum manu deprehendimus? Porro deinceps Artemidori sunt 30 init. et finis. 31 (Stephanus Byz. s. u. *Κώρυκος* utrum Strabonem ipsum an Artemidorum ex-

scripserit, nescio; habet Stephanus *νησίον ὁμώνυμον,* Strabo non habet). 32 *(Μίμας . . ὄρος εὔθηρον πολύδενδρον* = § 12 *Μυκάλη τὸ ὄρος εὔθηρον καὶ εὔδενδρον).* 35. 36 init. et finis. 37. exepto fine. 38 usque ad *Λεῦκαι πολίχνιον* et ab *μετὰ δὲ Λεύκας* ad *τῶν Αἰολέων.*[1]) 39 (haud scio an disputatio de Lethaeis fluuiis sit excipienda). 40 (de initio non liquet; finem ab *καὶ τὸ παλαιόν* recte quantum uideo Schwartzius P.W. IV, 2810, 30 Demetrio dedit; in medio sunt Artemidorea). 42 (usque ad *ἱκανῶς εὐερκῆ* et *κτίσμα* in fine narratum; cetera Straboniana). 43. 45.

Hunc periplum quicunque perlegerit habebit sibi persuasum eadem esse institutum uia et ratione atque ceteros quos supra Artemidoro dedimus; nolo per multas ambages singulatim quaecunque in censum ueniunt repetere; nonnulla uero prae ceteris libet exponere. Vt adsolebat, Ionica multis instruxerat litoris mensuris, e quibus tibi commendem *ἀπὸ Μιλήτου εἰς Ἡράκλειαν ἐγκολπίζοντι, εὐθυπλοίᾳ δ' εἰς τὴν Πύρραν . . . τοσαύτην ἔχει μακροπορίαν ὁ παρὰ γῆν πλοῦς . . εὐθυπλοίᾳ . . ἐγκολπίζοντι δὲ . . .* (9. 29). Quantopere ubique animaduertit rem nauiculariam! An satis alti magnique essent portus necne; utrum piratae sinus redderent infestos an oppida quaedam per magnam classem id agerent, ut tutum esset commercium; montes, fluuii, res sacrae, dies festi, templa, *κτίσματα,* fabulae ubique suo quidque loco narrantur. Nec silentio praeteream Artemidorum Ephesium haud raro aliis ex oppidis respexisse in patriam; uide XIV, 1, 3. 4. 5. 20. 40.

Nullos fere alios unde Ionica hauriret libros atque Artemidoreos sibi in manibus fuisse Strabo ipse mihi uidetur confessus esse cum exclamaret post stadia ex Artemidoro uidelicet exhibita § 9 *ἀνάγκη δ' ἐπὶ τῶν ἐνδόξων τόπων ὑπομένειν τὸ περισκελὲς τῆς τοιαύτης γεωγραφίας.* Quae quid sibi uelint, cognosces ex XIII, 1, 1 *ἔστι δὲ Τρῳὰς πρώτη τῆς παραλίας ταύτης ἧς τὸ πολυθρύλητον καίπερ ἐν ἐρειπίοις καὶ ἐν ἐρημίᾳ λειπομένης ὅμως πολυλογίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχει τῇ γραφῇ κτλ.* et ex VIII, 3, 3 *λέγω δὲ ταῦτα συμβάλλων τά τε νῦν καὶ τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεγόμενα· ἀνάγκη γὰρ ἀντεξετάζεσθαι ταῦτα ἐκείνοις διὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ δόξαν καὶ συντροφίαν πρὸς ἡμᾶς κτλ.* Praeterea confer II, 4, 17 extr. et VIII, 3, 23 *οὐκ ἂν δ' ἐξητάζομεν*

---

[1]) Illud *περὶ δὲ ταύτης εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ Μασσαλίας λόγῳ* fieri non potest quin de paragrapho IV, 1, 4 sit dictum; neque uero aliud ibi quidquam legis de Phocaensibus narratum, nisi quem mirum in modum coloniam condiderint Massiliensem. Itaque non dubito quin Strabo magis de auctoris sui quam de ipsius materia cogitauerit et ex fonte suo etiam *περὶ ταύτης εἰρήκαμεν ἐν τῷ περὶ Μασσαλίας λόγῳ* exscripserit. Confidenter hoc loquor, cum illud *κτίσμα* IV, 1, 4 ex Artemidoro sit narratum, id quod cum ex totius paragraphi indole tum ex fragmento a Stephano Byz. sub *Ταυρόεις* tradito, emendato ab Heynio intellegitur. Animaduertas etiam quae ibi sunt Ephesiaca.

ἴσως ἐπὶ τοσοῦτον τὰ παλαιά, ἀλλ' ἤρκει λέγειν ὡς ἔχει νῦν ἕκαστα eqs. et VIII, 3, 20 *οὐ πάνυ δὲ ὑπὸ τῶν τοὺς περίπλους γραψάντων ἡ Σάμος μνημονεύεται, τάχα μέν γε διὰ τὸ πάλαι κατεσπάσθαι, τάχα δὲ καὶ διὰ τὴν θέσιν.* Namque sententiis ultima paenultimaque haud dubium est, quin Artemidorum adgressus sit,[1]) quippe qui Homerica plerumque repudiauisset et grammaticos auctores multo rarius quam Strabo adhibuisset.

De Ionia hactenus; nunc Carica inquirenda. Antequam uero ipsum adgrediamur periplum oppida *ἐν τῇ μεσογαίᾳ* sita retractemus. Siquidem quae supra exposuimus probaueris, mecum Artemidoro dabis paragraphos 22—26[2]) exceptis scilicet iis partibus quas de uiris *'καθ' ἡμᾶς'* inlustribus ipse Strabo addidit.[3]) Periplo ipsi praeter Rhodiaca (11. 12) et Coa (19) adcuratius iam tractata tribuerim paragraphos 1 *ἀρχὴ μὲν οὖν τῆς Καρίας* ad *Ποσείδιον τῶν Μιλησίων* et enuntiatum ultimum. 2. 3 excepto fine ab *ἀπέστησαν.* 4. 14. 15. 16. 18. 20. 21. 22 initium. Neque, puto, opus est ut singula multis uerbis tibi demonstrem. Enimuero ex consuetudine sua notissima periplum Artemidorus instituerat portibus promunturiis stadiis rebus sacris; strenue insulae erant adnotatae quae ex aduerso orae Caricae sitae sunt (§ 2. 4. 15. 16. 18); breuiter et perdiligenter mutatus peripli cursus proditur.

IV. DE STRABONIS CAPITIBVS XIV, 3. 4. 5.

Lyciam Pamphyliam Ciciliam Strabo cum non Ioniae et Cariae in modum, sed ita tractauerit, ut etiam in singulis oppidis fluuiis montibus enarrandis semper aduersus orientem solem proficisceretur, Nieseo in egregia commentatione saepius a nobis laudata (Rh. M. 32, 301) uisum est capita XIV, 3. 4. 5. non ex Artemidoro sed ex Apollodoro esse sumpta. Verum K. I. Neumannus eiusque discipulus Guilelmus Fabricius singulos in his capitibus inuenerunt locos, unde suo statuerent periculo periplum quendam

---

[1]) Periplus Eliacus, quem praeter Apollodorum et Demetrium Strabo adhibuit, est Artemidoreus; uide E. Schwartzium P.W. I, 2868. 48 sq. 2869, 16 sq.

[2]) Praecipue uelim animaduertas 23 *λατόμιον λευκοῦ λίθου κτλ.*, res sacras (23. 25), *ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ 'Αλαβάνδων κτλ.* (23), *σύστημα Χρυσαορέων* (23; uide XIV, 3. 3 *σύστημα Λυκιακόν* ex Artemidoro traditum). Alabandensium *τρυφή* (26) sicut Halicarnassensium uituperatur.

[3]) Scilicet tota 24, 25 ab *κἀνταῦθα δ' ἀνήρ,* 26 finis et antea facete illud ab Apollonio dictum. Haud scio an etiam quod *τῶν ἡγεμόνων τις* (23) dixisse fertur, ipse Strabo addiderit.

ab oriente occidentem uersus spectantem a Strabone esse adhibitum rerum ordine in nouum usum mutato. Neumannus enim (Fleckeis. Ibb. 127, 1883, 530; Ibb. Phil. Suppl. 13, 330) castigauit errorem qui est in uerbis peripli Pamphylii § 2 *εἶτα Σίδη . . πλησίον* (hinc error ortus!) *δ' ἐστὶ καὶ ἡ Κιβυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν, εἶθ' ὁ Μέλας . . .* et Guil. Fabricius locum simillimum ex 5, 5 addidit, ubi Hamaxia et Arsinoe (sine Aunesis) falso loco sitae dicuntur. (uide Heberdeiium Wilhelmumque 'Reisen in Kilikien' 136).

Age plura nomina proferamus; nam doctissimi uiri quibus alia studia maiori essent curae, hanc quaestionem magis incohatam quam ad iustum finem perductam reliquerunt. Legis XIV, 3, 7 *ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ χωρία Φελλὸς καὶ Ἀντίφελλος καὶ ἡ Χίμαιρα*; quaeso euoluas formas Lyciae ut uideas haec loca ab oriente ad occidentem nominata. In extrema quae sequitur paragrapho *Κώρυκος ὁ αἰγιαλός* post Olympum enarratur, debuit autem inter Crambusam et Olympum nominari. XIV, 3, 9 *Κλῖμαξ* falso *περὶ Φασηλίδα* dicitur. Minus certa non curo;[1]) summi uero praeter ceteras uidentur esse momenti 5, 19 et 5, 20; nam sinus Issici oppida Rhosos Myriandros Alexandria Nikopolis Mopsuestia Pylae[2]) ex ordine itineri Straboniano aduerso nominata sunt; idem factum est in uerbis *ἔστι δ' ἀπὸ Σελευκείας εἰς Σόλους ἐπ' εὐθείας πλοῦς κτλ.*, quibus addas unde fontem cognoscas ex § 16: *φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος ἐντεῦθεν* (i. e. *ἐκ Πυράμου*) *εἰς Σόλους εὐθυπλοίᾳ σταδίους εἶναι κτλ.*

Errorem Strabonis ex ordine auctoris mutato ortum dispexisse mihi uideor etiam in uerbis paragraphi 5, 5 *μετὰ δὲ τὸν Καλυκάδνον ἡ Ποικίλη . . . εἶτ' Ἀνεμούριον ἄκρα ὁμωνύμως τῇ προτέρᾳ καὶ Κράμβουσα νῆσος καὶ Κώρυκος ἄκρα . . . εἶθ' ἡ Ἐλαιοῦσσα νῆσος μετὰ τὸν Κώρυκον.* Namque Calycadnum Corycum Elaiussam inuenies suo loco notata in tabulis,[3]) Crambusa uero insula ab illis locis remota est inter Anemurium promunturium 'prius,' quod hodie dicitur Eski Anamûr, et Calycadnum.[4]) Anemurium autem promunturium unum notum est quod Strabo XIV, 5, 3 laudauit; alterum non habemus, nam G. Hirschfeldius P—W I, 2182, 39

---

[1]) De Zephyrio (5, 4) uide Heberdeiium Wilhelmumque 'Reisen in Kilikien' p. 2, de Olba (5, 10) confer eosdem p. 90.

[2]) Pylae non sunt Amanides Pylae prope locum qui nunc dicitur Kara Kapu, sed angustiae prope fluuium quem hodie nominant Merkes Su; uide Artemidorum apud Strabonem XIV, 5, 3 et XVI, 2, 33, K. I. Neumannum Fleckeis. Ibb. 127. 1883, 537 A. Iankeum 'auf Alexanders des Großen Pfaden' Berolini 1904 pg. 20 et 154.

[3]) uide Kieperti tabulas apud Heberdeiium Wilhelmumque 'Reisen in Kilikien' et in C.I.L. III, Suppl. p. post., fasc. 4 et 5, tab. 2.

[4]) uide Kiepertum l. l., Heberdeiium-Wilhelmumque l. s. 96—98, Anon. Stad. M. M. 188. 189 (G.G.M. I, p. 485).

non debuit afferre Eust. ad Dion. Perieg. 855, cum ibi Strabonis uerba repetita sint. Ex eo autem quod Coryci sepultus est Ἀλέξανδρος Ἀνεμουριεὺς Ἰουδαῖος (uide Heberdeiium Wilhelmumque l. s. 68.) nullo modo concludam proxime Corycum quondam alterum Anemurium fuisse situm. Suspicor igitur Artemidorum post Elaiussam insulam et Corycum rupem commemoratas ita fere scripsisse: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλη νῆσος, ἡ Κράμβουσα, μεταξὺ Κωρύκου καὶ Ἀνεμουρίου ἄκρας · εἶτα δ' ἡ Ποικίλη . . καὶ ἡ Καλυκάδνου ἐκβολή.* Strabo cum ordinem in suum usum mutare studeret, in errorem inductus est.

Quae cum ita se habere existimem, iam non dubito K. I. Neumanno adsentire atque statuo Lyciae Pamphyliae Ciliciae oram a Strabone ordine ubique fere mutato ex Artemidoro descriptam esse (Communis auctoris nestigia sunt 3, 1. 2. 5, 4. 14.).

Nunc mecum singula uelis perquirere; atque tertii quidem capitis res ita sunt dispositae ut prima paragraphus contineat Straboniana, ultima Homerica (Nieseus Rh.M. 32, 292). § 2 ex eodem fonte sumpta est atque *παράπλους ἅπας ὁ Λυκιακός* (4—9) qui pro stadiorum numero est a Daedalis ad Olbiam (conferas § 8 *ἀπὸ δὲ τῆς Ἱερᾶς ἄκρας ἐπὶ τὴν Ὀλβίαν λείπονται στάδιοι τριακόσιοι* — emendes *τετρακόσιοι* — *ἑξήκοντα ἑπτά*). Quae de piratis Pamphyliis Ciliciisque ac de pacata Lyciorum ciuitate leguntur, optime uidentur adaptata Artemidori consuetudini rerum maritumarum adcurate tractandarum. Paragraphi 3 prior pars Artemidorea, altera Straboniana est. Ora et oppida Lycia ita enarrantur ut primo obtutu Artemidori periegeticum cognoscas stilum. Vide rerum maritumarum praeter § 2 exempla: 4. *Τελμησσὶς ἄκρα λιμένα ἔχουσα,* 6. Xanthus et Patara, 7. Limyrus cum insulis, 8. Chelidoniae, 9. Phaselis. Montes, res sacrae, *ἀνάπλοι, ἀναβάσεις* non desunt; uerba Artemidori in § 3 laudata respiciunt 5 Pinara *τῶν μεγίστων οὖσα πόλεων ἐν τῇ Λυκίᾳ,* 6 *Πάταρα καὶ αὕτη μεγάλη πόλις,* 8 *Ὄλυμπος πόλις μεγάλη.* Varia adnecto quae ipsa quoque Artemidoreae originis testimonia sunt: de Patara legis *ἐπεκράτησε δὲ τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄνομα*; hinc recurras ad historiam Ephesiacam XIV, 1, 21: *ἐπεκράτησε μέντοι τὸ ἀρχαῖον ὄνομα.* Quod de Termesso oppido Pisidico habes § 9 *ἐπικειμένη τοῖς στενοῖς δι' ὧν ὑπέρβασίς ἐστιν εἰς τὴν Μιλυάδα,* conferas ipsius Artemidori in § 3 uerba *Τλῶν κατὰ τὴν [ὑπέρ] θεσιν τὴν εἰς Κιβύραν κειμένην* et quae supra disputauimus in pg. 33. Restat fragmentum a Stephano Byz s. u. *Τελμησσός* seruatum *ἔστι καὶ ἄκρα Λυκίας οὕτω λεγομένη Τελμησσιάς, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἐν δεκάτῳ γεωγραφουμένων,* quod quadrat in § 4 *Τελεμησσὸς πολίχνη Λυκίων καὶ Τελεμησσὶς ἄκρα λιμένα ἔχουσα.* Si offendis in

formis aliquantulum discrepantibus uide quae de hoc genere K. I. Neumannus Suppl. Ibb. Phil. 13, 330 iudicauit.

Pamphyliae de breui paraplo nolo sermonem trahere; finem primae paragraphi Demetrio Scepsio propter XIV, 5, 28 recte dedit E. Schwartzius P.W. IV, 2809, 9; de tertia quidquam proferre prorsus non ausus sum. Cetera sunt Artemidorea.

De Cilicia Guil. Fabricius ('Theophanes von Mytilene und Q. Dellius' p. 75) nonnulla protulit; neque uero omnia perstrinxit quorum aliquod in auctoribus indagandis momentum est; itaque quaestio de nouo uidebatur instauranda, praesertim cum hic contra me fortasse quispiam dixerit, Artemidorum non posse Straboni in hac parte exstitisse auctorem; nam illum Celenderin dixisse finem Ciliciae, Strabonem a Coracesio promunturio fecisse initium: 5, 3 *τινὲς δὲ ταύτην ἀρχὴν τίθενται τῆς Κιλικίας, οὗ τὸ Κορακήσιον ὧν ἐστι καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος*, sequuntur mensurae litoris etiam XVI, 760 traditae Pelusio Orthosiam, ad Orontem, ad Portas Cilicias, ad fines Ciliciae usque. Artemidorus cur Celenderin finem Ciliciae dixisset K. I. Neumannus sagacissime enucleauit (Fleckeis. Ibb. CXXVII. 1883, 532, cf. Artemidori fragmentum a Stephano Byz. s. u. *Ἰβηρίαι* seruatum).

Quem praeter stadiasmum Ciliciae alium etiam habemus apud Strabonem atque ipsum quoque Artemidoreum, cuius membra artissime cohaerent cum Ioniae et Cariae nec non Lyciae Pamphyliaeque stadiasmis. Legimus enim XIV, 1, 2 Ioniae periplum a Posideo promunturio Milesiorum ad Phocaeam Cariae periplum a Daedalis Rhodiorum ad Posideum promunturium, deinde 3, 2 Lyciae periplum a Daedalis ad Olbiam (separatim exhibentur 3, 8 stadia a Chelidonio promunturio ad Olbiam), tum 4, 2 Pamphyliae periplum ab Olbia ad Coracesium. Quae series continuatur quinti capitis stadiis: § 3 *εἰς μὲν οὖν τὸ Ἀνεμούριον ἀπὸ τῶν ὅρων τῆς Παμφυλίας ὁ Κιλίκιος παράπλους σταδίων ἐστὶν ὀκτακοσίων εἴκοσι, λοιπὸς δ' ἐστὶ μέχρι Σόλων ὅσον πεντακοσίων παράπλους σταδίων.* (cf. § 1 *πεδιὰς δὲ ἡ ἀπὸ Σόλων κτλ.* 8 *Σόλοι τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχή κτλ.*) § 16 *φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος ἐντεῦθεν* (i. e. *ἐκ Πυράμου*) *εἰς Σόλους εὐθυπλοίᾳ σταδίους εἶναι πεντακοσίους.* § 20 *ἔστι δ' ἀπὸ Σελευκείας εἰς Σόλους ἐπ' εὐθείας πλοῦς ὀλίγον ἀπολείπων τῶν χιλίων σταδίων.*

Hinc haud dubie adparet Artemidorum non solum recentiores Ciliciae fines prope Celenderin qui tum essent, sed etiam uetustiores prope Coracesium sitos animaduertisse.

Stadia quae in libris geographorum idem fere ualent atque anni in historicis, quoniam ad Artemidorum reduximus, cetera peripli fragmenta nunc adseramus. Sunt quidem paragraphi

1 (cf. XIV, 3, 2 et Guil. Fabricium l. s. 76). 2 initium ad ἀποῤῥῶγος. 3 (eam partem excipias quae de Antonio et Cleopatra est). 4 ad Παμφυλίου τρόπου. 5 fortasse tota paragraphus; uide Fabricium 76. 6 initium ad τῇ ἠπείρῳ et finis ab εἰσὶ δ' ὅροι. 8 usque ad τῶν ἐκ Λίνδου. 9 ad ὑπὲρ τῆς θαλάττης; cetera uerisimilius uidetur Strabonem ipsum ex Aristobulo excerpsisse quam Artemidorum. 10 initium ad ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου et finis ab μετὰ δὲ τὴν Ἀγχιάλην. 11 nonnulla atque ea quidem quae in priore parte sunt, putauerim Artemidorea. (cf. § 22.) 12. 16 ad μυθολογεῖται. 18 ad πρὸς ἕω μέρος. 19. 20. 22 uerba citata.

Quem periplum ex sua indole — neglegas nunc quidem ordinem mutatum — Artemidori esse neminem fugit. Singula quaerenti exempla praebere libuit portus (3 Hamaxia Laertes Arsinoe Celenderis, 6 Elaiussa, 10 uaria, 18 Aegaeae, portae Ameni montis, 19 Issus) montes ora oppida (1 παραλία στενή, 2 Coracesium, 3 Hamaxia, Laertes ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς, Cragus, Andriclus, παράπλους τραχύς, 7 Olympus, 16 Mallos) ἀνάπλους et ἀναβάσεις (4 Calycadnus, 5 Corycus, 9 Anchiale, 10 Cyinda, Olba.)

V. DE CAPITE STRABONIS XIII, 4.

Artemidorus ubicunque ἐν τῇ μεσογαίᾳ compluria erant oppida digna quae non solum nominarentur sed etiam, prout marituma essent, fuse describerentur, itinera instituebat terrestria, e quibus Macedonica Thracica Ionica Carica supra deteximus; nunc illud in animo est restituere, quod cum Troadis et Aeoliae periplo coniunxerat. Latet mea ex sententia in capite Strabonis XIII, 4.

Consilium itineris legitur § 6 extr. Troadis et Aeoliae ora permigrata ἐφεξῆς ἂν εἴη τὴν μεσόγαιαν ἐπιδραμεῖν μέχρι τοῦ Ταύρου. Initium fit[1]) a doctissima de historia Pergamena disputatione quam sponte ipsius Strabonis studiis concesseris; continuatur in § 4 ita ut Pergamo Apolloniam, inde Sardes deducamur, stadia adscribantur, oppida a dextra sinistraue sita diligenter nominentur. Quae in § 5 Artemidoro debeantur haud scio an non pro certo possim dicere; septimam ei adsignare non dubito; nam cum notum est quantopere Herodotum sit sectatus (cf. F. W. de Bissingium 'Bericht des Diodor über die Pyramiden' Berolini 1901 p. 25) tum finis ad iter nostrum optime quadrat: Ὕπαιπα δὲ πόλις ἐστὶ καταβαίνουσιν ἀπὸ τοῦ Τμώλου πρὸς τὸ τοῦ Καΰστρου πεδίον; haec ex-

---

[1]) Elaea scilicet Artemidorus uenerat Pergamum; cf. XIII, 3, 5.

cipiuntur § 10 *μετὰ δὲ Λυδούς εἰσιν οἱ Μυσοὶ καὶ πόλις Φιλαδέλφεια* et § 11 *μετὰ δὲ ταῦτ' ἔστιν ἡ Κατακεκαυμένη*[1]) et § 12 *τὰ δ' ἑξῆς ἐπὶ τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὰς ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον κτλ.* Paragraphus 12[2]) tota fere spirat Artemidorum; nam singula bene respondent rebus in libro XIV ex Artemidoro narratis: *ἡ δὲ Μεσωγὶς εἰς τὸ ἀντικείμενον μέρος διατείνει μέχρι Μυκάλης* = XIV, 1, 13 *καὶ ἡ Μεσωγὶς δ' εἰς αὐτὴν* (scil. *τὴν Μυκάλην*) *καταστρέφει* atque *τὰ μὲν αὐτοῦ Φρύγες κατέχουσι τὰ πρὸς ταῖς Κελαιναῖς καὶ τῇ Ἀπαμείᾳ, τὰ δὲ Μυσοὶ καὶ Λυδοί, τὰ δὲ Κᾶρες καὶ Ἴωνες* = XIV, 1, 38 *ἔστι δὲ καὶ τὰ χωρία ταῦτα Λυδοῖς καὶ Καρσὶν ἐπίμικτα καὶ τοῖς Ἕλλησι,* 42 *ὁδὸς ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν Μεσωγίδα ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ καὶ ἐν δεξιᾷ τὸ Μαιάνδρου πεδίον Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων Μιλησίων τε καὶ Μυησίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ.*

Paragraphus tertia decima bene cum proxima coniuncta ipsa quoque est Artemidorea; conferas *καὶ τὸ Κιλλάνιον καὶ τὸ Ταβηνόν, ἔχοντα πολίχνας μιξοφρυγίους ἐχούσας τι καὶ Πισιδικόν, ἀφ' ὧν αὐτὰ κατωνομάσθη* = XII, 7, 2 (in descriptione Pisidiae Artemidoro paucis ante uerbis laudato) *εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῆς Καρίας Τάβαι καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα.*

Artemidori iter continuatur § 14 init. *ὑπερβαλοῦσι δὲ τὴν Μεσωγίδα τὴν μεταξὺ Λυδῶν τε* (correxi; *Καρῶν* cod. edit.) *καὶ τῆς Νυσαΐδος . . . πόλεις εἰσὶ* (!) *πρὸς μὲν τῇ Μεσωγίδι καταντικρὺ Λαοδικείας Ἱερὰ πόλις ὅπου τὰ Θερμὰ ὕδατα.* En somniauit Strabo et tenetur in auctore uerbotenus exscripto! Nam quae sequuntur ipse uidit, enarrauit, continuo Artemidori argumento inseruit. Ex Artemidoro haurire pergit § 15 ita ut primum in occidentem spectet tum meridiem uersus proficiscatur; atque de Antiochia 15 extr. et Cibyra 17 init. ita disputatur, ut excepto ultimo paragraphi enuntiato omnia putem Artemidorea (uide Ionicum iter ad Nysam usque descriptum XIV, 1, 43). § 16 est Demetrii (cf. XII, 8, 5, XIV, 3, 10, E. Schwartzium P.W. IV, 2810, 31. 2808, 63.) 17 autem est finis itineris (Straboniana sunt ab *ἐπὶ Μυαγέτου* ad *ἡ Κιβυρατική*); 'systema' quattuor oppidorum narratur ut Lyciorum societas XIV, 3, 3; de Milyade et Termesso locus congruit cum paragrapho XIV, 3, 9, quam Artemidoro supra dedimus.

Habemus ergo continuum iter Pergamo Apolloniam, Sardes, Hypaipa, Philadelphiam, per Catacecaumenen, trans Mesogida,

---

[1]) Praeterea quae in 10 et 11 sunt, Posidonii doctrinae recte tribuit Schuehleinius 'Untersuch. üb. d. Posid. Schrift *περὶ ὠκεανοῦ*'. Diss. Erlangens. Freising 1901 p. 61—63.

[2]) Straboni uindices quae sunt ab *εἰς δὲ τὴν σύγχυσιν* ad *τὰς δικαιοδοσίας* et finem ab *οὐδ' ἡμῖν ἴσως.*

Hierapolim factum; inde discedit in duas partes: Antiochiam alterum, alterum Cibyram, Sindam usque ad loca prope Termessum in Tauro monte sita. Singula optime consentiunt cum argumento Artemidoreo; uniuersum itineris consilium ex eius consuetudine uidetur ortum.

VI. DE INSVLIS MARIS AEGAEI.

Strabo postquam de Cretae situ oppidis antiquitatibus multa docte disputauit, ceteras maris Aegaei insulas capite X, 5 tractauit atque initium cepit (§ 1) ab eis quae *περὶ τὴν Κρήτην* essent sitae, ita ut uno uinculo et cum Creta et inter se conecteret Theram Therasiam Anaphen et Ium et Sicinum Lagusam Pholegandrum et Cimolum et Siphnum et Melum. Vni igitur auctori haec debentur [1]) cuius consuetudini etiam stadia non dubito quin recte adnumeremus. Simillimam eiusdem uidelicet geographi rationem deprehendis etiam in ceteris maris Aegaei insulis: namque Casus (§ 18) ipsa quoque ad Cretae promunturium adnectitur, Carpathus ad Africam (§ 17), [2]) Telus cum aliis multis ad Asiam

---

[1]) Nimirum excipias doctam de Callimacho adnotationem, quae redoleat semidoctum quendam grammaticum Theram *μεταξὺ Κυρηναίας καὶ τῆς Κρήτης νῆσον* opinatum, cf. VIII, 3, 19; XVII, 3,21; I, 3, 16.

[2]) *κεῖται δὲ τῆς Λιβύης κατὰ Λευκὴν ἀκτήν, ἣ τῆς μὲν Ἀλεξανδρείας περὶ χιλίους διέχει σταδίους, τῆς δὲ Καρπάθου περὶ τετρακισχιλίους*: Quode loco pauca agam uberius, cum aptissime cohaereat cum Aegyptiacis a Strabone XVII, 1, 14 ex Artemidoro (cf. Rugeum 72. 75. 77) laudatis: *μεταξὺ δὲ πρῶτον μὲν ἄκρα λευκόγειος, Λευκὴ ἀκτὴ καλουμένη· ἔπειτα Φοινικοῦς λιμὴν κτλ.* Qua occasione recordari te iubeo locos Artemidoreos supra pg. 42 commemoratos XIV, 5, 3 = XVI, 3, 33. Addo ex Lyciae periplo Artemidoreo XIV, 3, 8 *δοκοῦσι δὲ αἱ Χελιδόνιαι κατὰ Κάνωβόν πως πίπτειν· τὸ δὲ δίαρμα λέγεται τετρακισχιλίων σταδίων.* Simillima in Cypro insula inter alia uestigia Artemidorea exstant XIV, 6, 3 de Citio *ἐντεῦθεν εἰς Βηρυτὸν στάδιοι χίλιοι πεντακόσιοι* et de Papho *φασὶ δ' εἰς Ἀλεξάνδρειάν τινες ἐκ Πάφου σταδίους εἶναι τρισχιλίους ἑξακοσίους.* Extremum mihi proposui de Zacyntho insula dicere id quod in ambitum huius adnotationis quadrat: namque idem his traditum est et X, 2, 18 *ἐντεῦθεν* (i. e. *ἐκ Ζακύνθου*) *εἰς Ἑσπερίδας τῆς Λιβύης στάδιοι τρισχίλιοι ἑξακόσιοι* = XVII, 3, 20 *κεῖται δὲ ἡ Βερενίκη κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Πελοποννήσου, κατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθὺν < καὶ τὸν Χελωνάταν >, καὶ ἔτι κατὰ τὴν Ζάκυνθον ἐν διάρματι σταδίων τρισχιλίων ἑξακοσίων.* Alter locus sumptus est ex paragrapho Artemidorea (uide Rugeum 72. 77. 78.), idem uero etiam de priore uidetur statuendum. Namque Zacynthus eodem modulo est descripta atque Cephallenia ita ut utraque et ex proxima insula (ea scilicet quam Artemidorus in hac ora a septentrionibus ad meridiem proficiscens iam uiserat) et ex terra continentali, quantulum distaret, sit constituta. Cephalleniam autem supra Artemidoro dedimus; etiam undeuicensimam quae Zacynthum excipit paragraphum ex Artemidori copia maximam partem esse deriuatam non difficile est ad demonstrandum.

(14, 15), ad Graeciam praeter Melum Helena (§ 3 *Ἀρτεμίδωρος . . περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται*). Accedit quod inter se ab illo geographo arctissimis uinculis sunt coniunctae Delus cum Rhenea (5), Ceus cum Naxiorum Andriorum Pariorum insulis (6, 7), Amorgus Lebinthus Lerus cum Patmo Corassiis Icaria Samo (12, 13), Astypalaea Telus Chalcia cum Co Rhodo Creta (14), Chalcia cum Telo Carpatho Astypalaea (15), Nisyrus cum Telo et Co (16), Casus cum Carpatho (18).

Quem auctorem in hoc capite Strabo sit secutus non dubito quin dudum ex rationibus quae inter Ionica Caricaque (XIV, 1. 2) et Cycladas Sporadasque intercedunt, sis suspicatus. Atque ipsum Artemidorum § 3 ita legimus laudatum ut ei huius capitis paragraphos praeter primam uindicandas censeam.

2. 3. ad *Ἄνδρος Γύαρον*. 5. 6. 7. conferas:

X, 5, 7. *ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος καὶ Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις. ἐν ταύτῃ μὲν οὖν ὁ βωμὸς λέγεται θέας ἄξιος, σταδιαίας ἔχων τὰς πλευράς.*

XIII, 1, 13. *εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθεία κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμὸς Ἑρμοκρέοντος ἔργον πολλῆς μνήμης ἄξιον κατά τε μέγεθος καὶ κάλλος.* 14. *κτίσμα δ' ἐστὶ τὸ Πάριον Μιλησίων καὶ Ἐρυθραίων καὶ Παρίων.*

8 (fortasse etiam grammaticus quidam adhibitus est.) 9. 10. 11. 12. 13 (cf. XIV, 1, 13. 19). 14 (cf. XIV, 2, 12 *τὸ Θοάντειον ἀκτή τις* — scilicet Rhodiaca — *ἧς μάλιστα πρόκεινται αἱ Σποράδες αἱ περὶ τὴν Χαλκίαν ὧν ἐμνήσθημεν πρότερον*). 15. 16 (cf. XIV, 2, 19 *ἔχει δὲ* — scil. Cos insula — *πρὸς νότον μὲν ἄκραν τὸν Λακητῆρα, ἀφ' οὗ ἑξήκοντα εἰς Νίσυρον*. XIV, 2, 15 *καθ' αὑτὴν δ'* — scil. *τὴν Κνίδον* — *ἐστὶν ἡ Νίσυρος πελαγία*). 17. 18. 19 finis (cf. IX, 1, 23).

VII. EVBOICA.

Euboeam insulam Apollodoream iure ut uidetur E. Schwartzius P.W. I, 2867 pronuntiauit; nam paragraphi 3—10, 12, 13, 15 spirant doctum grammaticum refertae interpretationibus Homericis, quae maxime notissimam nauium et populorum enumerationem spectant; uerum et longum est omnes testes singulatim prouocare neque curae mihi est originem Apollodoream demonstrare, immo nil nisi ex dispositione rerum Artemidoream eam non esse explicabo. Nam uide! Postquam de Histiaeorum fatis diserta uerba fecit (§ 4),

τὰ συνεχῆ tractaturus, Cenaeum enarrat et Dium, ita ut usque ad Athenas Diadas iusto progrediamur tenore. Deinde uero claudit ordinem: *ταῦτά τε δὴ τὰ χωρία περὶ τὴν Ἱστίαιάν ἐστιν* et pergit *καὶ ἔτι Κήρινθος . . ἐγγὺς δὲ Βούδορος* (§ 5). Eia! Ergo subito uagamur in prorsus remota regione! Post haec Strabo abrupte cadit in meridiem § 6 *Κάρυστος δέ ἐστιν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ*, adiunxit Styram et Marmarion, oppidula Carysto mouenti septentriones uersus sita. Tum autem adeo non eodem cursu porro migrat, ut Geraestum se conferat, i. e. in orientem; atque in § 8 exhibet — id quod qui Artemidori diligentiae memor est paene attonitus leget — *μετὰ δὲ τὸν Γεραιστὸν Ἐρετρία . . . ἔπειθ᾽ ἡ Χαλκίς κτλ.* Suffecere haec puto ut conuincereris Euboeam Strabonianam quam maxime differre a consuetudine quam supra deteximus Artemidorea.

Tamen praeter Apollodoream et ipsius Strabonis (§ 1, 5 init., 9 init., 16) doctrinam nonnulla in hoc capite sunt, quae ex Artemidoro fluxerunt. Enim uero § 14 uerbis *περὶ τὸν Κρᾶθιν εἴρηται* reuocamur in VI, 1, 13, ubi de Crathi fluuiolo commentum quod Timaeus obtulerat ex Artemidoro refertur (Antig. 134, Geffckenius l. s. 140, Plin. III, 97, huius dissertationis pg 16). Etiam quae in § 6 de marmoris fodinis audis E. Schwartzius iure non inter Apollodorea recepit; nam Artemidoro reddenda sunt, non solum propter *ὅθεν διάπλους εἰς Ἁλὰς τὰς Ἀραφηνίδας*, sed etiam quod metalla et lautumiae ab Artemidoro haud raro uidentur esse commemorata (XIV, 1, 35. X, 5, 7). In primis autem § 2 est Artemidori; ibi enim Euboea describitur ex Graeciae regionibus: sita esse Cenaeum promunturium *κατὰ Θερμοπύλας*, Geraestum *πρὸς Σουνίῳ*, totam insulam contra Atticam Boeotiam Locros Malios, cum quibus *κατὰ Χαλκίδα* prope modum cohaereret. In quibus Artemidorum cognoscerem etsi non repperissem apud Agathemerum 25 *ἡ δὲ Εὔβοια γεφύρᾳ πρὸς τὴν Βοιωτίαν ἔζευκται· παρατείνει δὲ Βοιωτίαν Φωκίδα Λοκροὺς, ἐκ δὲ θατέρου ἐπὶ πυσὸν καὶ τὴν Ἀττικήν.*

Quae sequuntur siquidem recte intellexi, Strabo ex eodem fonte, quem in hac paragrapho adhibuit, etiam *περὶ τῶν ἀντιπόρθμων ἀλλήλοις τόπων κατά τε τὴν ἤπειρον καὶ κατὰ τὴν νῆσον ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου κτλ.* in proximo se disputauisse libro profitetur, inde uero fore ut illum neglegeret, alium auctorem curaret: *εἰ δέ τι ἐλλέλειπται, νῦν προσδιασαφήσομεν.* Itaque paragraphi 3 initium Apollodoreum *οὐ μόνον δὲ Μάκρις ἐκλήθη ἡ νῆσος* respondet alterius uerbis cum farragine Artemidorea iugatis: *διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαίων Μάκρις ὠνομάσθη* = Agathem. 25 *ἔστι γὰρ Μακρὰ, διὸ Μάκρις ὠνομάσθη μῆκος σταδίων ,ας´* (correxit ex Strabone C. Muellerus; cod. *,αψ´*).

VIII. DE STRABONIS CAPITIBVS IX, 1. 2. 4. 5.

Euboica ita cum se habeant, nonum nunc librum perscrutemur, ut illos *περὶ τῶν ἀντιπόρθμων ἀλλήλοις τόπων* locos conligamus. Atque in Atticae quidem descriptione habes Helenam insulam ex Artemidoro paucis commemoratam: IX, 1, 22 *πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης πρὸ μὲν τοῦ Θορίκου καὶ τοῦ Σουνίου νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος, παραμήκης ὅσον ἑξήκοντα σταδίων τὸ μῆκος* = X, 5, 3 *Ἀρτεμίδωρος . . . περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται μακρὰ σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος κτλ.* Cum Helena Euboea dicitur consociata IX, 1, 22 *μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην ἡ Εὔβοια πρόκειται τῆς ἑξῆς παραλίας, ὁμοίως στενὴ καὶ μακρὰ καὶ κατὰ μῆκος τῇ ἠπείρῳ παραβεβλημένη καθάπερ ἡ Ἑλένη . ἔστι δ' ἀπὸ τοῦ Σουνίου πρὸς τὸ νότιον τῆς Εὐβοίας ἄκρον, ὃ καλοῦσι Λευκὴν ἀκτήν, σταδίων τριακοσίων πλοῦς.* Deinde in Boeotiam ubi migraueris, inuenies IX, 2, 6 *ὁ ἱερὸς λιμὴν ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια ἐν τῇ Εὐβοίᾳ διάπλουν ἔχουσα ἑξήκοντα σταδίων* et de Oropo *κατὰ δὲ τοῦτόν ἐστιν ἡ νῦν Ἐρέτρια, διάπλους δ' ἐπ' αὐτὴν στάδιοι τετταράκοντα.* IX, 2, 8 fuse de Euripo agitur. IX, 2, 13: *Ἀνθηδὼν . . ἐσχάτη τῆς Βοιωτιακῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ*; ibidem de Halis Boeotiorum *κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην κεῖσθαί φασιν Αἰγὰς τὰς ἐν Εὐβοίᾳ ἐν αἷς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν τοῦ Αἰγαίου . . . δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ μὲν τῆς Ἀνθηδόνος εἰς Αἰγὰς ἑκατὸν εἴκοσι στάδιοι, ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων τόπων πολὺ ἐλάττους.* Apud Locros est *Κῦνος* quode oppidulo legis IX, 4, 2 *κεῖται δὲ κατὰ Αἰδηψὸν τῆς Εὐβοίας, ὅπου τὰ θερμὰ τὰ Ἡρακλέους, πορθμῷ διειργόμενος σταδίων ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν.* Addo IX, 4, 4 *Κνημῖδες χωρίον ἐρυμνὸν . . καθ' ὃ τὸ Κήναιον ἐκ τῆς Εὐβοίας ἀντίκειται ἄκρα βλέπουσα πρὸς ἑσπέραν καὶ τὸν Μαλιέα κόλπον, πορθμῷ διειργομένη σχεδὸν εἰκοσασταδίῳ.* Huc etiam quadrat IX, 4, 17 *ἐκ δὲ τοῦ λιμένος* (eius scilicet qui prope Thermopylas est) . . *πλοῦς δ' ἐπὶ τὸ Κήναιον ἑβδομήκοντα* id quod repetitur IX, 5, 13 *αἱ τοίνυν Θερμοπύλαι τοῦ μὲν Κηναίου διεστήκασιν ἑβδομηκονταστταδίῳ πορθμῷ.* Agmen claudat IX, 5, 14 *κατὰ δὲ τὸν Ἀντρῶνα ἕρμα ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐστὶ πόρῳ καλούμενον ὄνος Ἀντρῶνος.*

Artemidoro siquidem in superioribus disputatiunculae partibus quos tractauimus periplos recte tradidimus, ne hanc quidem siluam quin debeamus equidem dubito, quippe in qua habeamus stadia, *διάρματα,* sinus, promunturia, res sacras, omnia scilicet quae Artemidori sunt. Atque felicissime huic conuenit, si dis placet, sententiae, quod quaecunque modo in unum congessimus fragmenta, ex eis capitum IX, 1. 2. 4. 5 paragraphis sunt euulsa, quas periplo

Artemidoreo fieri non potest, quin sponte adsignes. Itaque statim illa capita percenseamus capiamusque ut addecet exordium ab Attica.

Periplum Artemidoreum ibi excerptum contendo in paragraphis 4 et 8 (incipit a Crommyo promunturio ubi periplo Corinthiaco Strabo finem fecerat VIII, 6, 22; eodem reducimur etiam Scironiis saxis, uia Megarensi, Nisaeo portu, Oeniis montibus); 9 (Salamina insulam LXX stadia esse longam ex Artemidoro etiam Agathemerus 24 memoriae prodidit; *οἱ δ' ὀγδοήκοντά φασιν* item Artemidorum iam praebuisse puto, quippe qui adsoleret aliorum atque inprimis Timosthenis stadia suis numeris addere); 12, 13, 14, 15, 21, 22, 23 (de melle quae legis *τοῦ δὲ μέλιτος ἀρίστου τῶν πάντων ὄντος τοῦ Ἀττικοῦ* ex eodem auctore, Artemidoro scilicet, uidentur hausta, cui in insularum maris Aegaei capite debentur X, 5, 19 *ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀστεῖόν ἐστι καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ, τὸ δ' ἐν ταῖσδε ταῖς νήσοις διαφερόντως, μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον*).

Quem periplum a Strabone non ex uariis complurium auctorum geographorum libris compilatum esse, sed uno ex auctore excerptum cognoscis — ut alia portus promunturia res maritumas res sacras ordinem egregie continuum ne longus sim omittam — ex demorum titulo singulis uicis adcurate adposito.[1] Artemidoream autem originem ex locis Euboicis, Salaminis longitudine, descriptione Helenae demonstratam habemus.

Disputaui de rebus Atticis: nunc dicam de Boeotiae peripli indole quid sentiam et origine. Ex Ephoro Apollodoro aliis Strabo paragraphos 1—5 hausit; inde a sexta Artemidori opere uti pergit: *ἑξῆς δὲ τὴν περιήγησιν τῆς χώρας ποιητέον ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς πρὸς Εὔβοιαν παραλίας τῆς συνεχοῦς τῇ Ἀττικῇ · ἀρχὴ δ' ὁ Ὠρωπός.* Reuertitur ergo ad incohatam narrationem (cf. IX, 1, 22). Hinc Artemidori non dubito quin sint 6, 7, 8, 9, 13: § 14 extremis uerbis *ἡ μὲν οὖν παραλία τοιαύτη τις ἡ πρὸς Εὔβοιαν* finitur haec ora Boeotiae.[2]

---

[1] confer 12 (Eleusis), 13 (Thria), 14 (Corydallus, Piraeus), 21 tota demis referta). Hinc fortasse licet suspicari etiam Hegesiae et Polemonis uerba (16, 17) ex Artemidori copia in Strabonis librum fluxisse.

[2] Paragraphos 10, 11, 12 (Tanagra et *ἡ τετρακωμία Ταναγραϊκή*), 14 ex Apollodoro haustas esse dudum uiri docti intellexerunt: uide Nieseum Rh. M. 32, 269. 277. 278. E. Schwartzium P.W. I, 2867. 45 sq. — De Anthedone (§ 13) quae sunt Homerica utrum Strabo an iam Artemidorus exscripserit ex Apollodoro, mea ex sententia dispici non potest. — Hac occasione emendabo paragraphi 12 corruptelam; legas: *ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἀθήνας ἰόντι* (cod.: *εἰς Ἄργος ἀπιόντι*) *ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα κ[αὶ ἡ τῶν Πλαταιέων] ἐν δεξιᾷ κεῖται.* Palmerii et Politi coniecturas Kramerus (cf. eius adpar. crit. et C. Muelleri adnotat.) iure aspernatus est; Großkurdii sententia corruit locis IX, 2, 11 *κεῖται δὲ* (scil. *ἡ Μυκα-*

Boeotium excipit periplus Locrorum Opuntiorum uerbis quae in IX, 3, 13 respiciunt: IX, 4, 2 *ἐφεξῆς τοίνυν ταῖς Ἁλαῖς εἰς ἃς κατέληγεν ἡ Βοιωτιακὴ παραλία ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ τὸν Ὀπούντιον κόλπον κεῖσθαι συμβαίνει.* Neque omittam illam de Atalanta insula adnotationem *ὁμώνυμος τῇ πρὸ τῆς Ἀττικῆς* redire in periplum Atticum IX, 1, 14 *πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἀταλάντη ὁμώνυμος τῇ περὶ Εὔβοιαν καὶ Λοκρούς.* Paragrapho 2 facile adglutinabis 3, 4, 13 (tamen de hac maxime dubito), 16, 17.

Thessalica maximam partem Apollodorea sunt (uide E. Schwartzium P.W. I, 2869/70) at inde a § 13 alter auctor atque periegeta adhibitus est: *λοιπὸν δ' εἰπεῖν τῆς παραλίας τὴν τάξιν τῆς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ ἀπὸ Θερμοπυλῶν ἀρξαμένους· τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ [τὴν Θἰταί]αν εἰρήκαμεν.* Periplo dabis 13, 14 finem ab *κατὰ δὲ τὸν Ἀντρῶνα,* 15 finem, 22 alteram partem ab *ἔστι δ' αὕτη.*

Vnius peripli tenore perpetuo has Boeotiae, Locridis, Thessaliae contineri paragraphos libenter concedes, praesertim cum supra Euboica suo quidque loco oppidis continentalibus adiecta uideris. Tamen insuper nunc ne fumum uendere uidear stadiorum tibi uincula demonstrabo: 2, 7 Delio Aulida XXX stadia, 8 Sunio ad Euripum? (codices praebent corruptum numerum); 4, 2 Halis Cynum XL, Cyno ad Cnemida montem L, 3 Cyno Daphnum XC, Daphno Elateam CXX, 4 Daphno Cnemidas XX, inde in portum Thronii XX, a portu Thronii ad ipsum oppidum XX, Thronio Scarphiam XXX, 17 a portu magno ad Heracleam *πεζῇ* XL, ab Euripo ad Pylas DXXX; 5, 13 Thermopylis ad Spercheum *παραπλέοντι ἔξω Πυλῶν* X, a Spercheo Phalara XX, Phalara Echinum C, 22 *ὁ παράπλους ὁ τοῦ Πηλίου* LXXX, *τοσοῦτος καὶ ὁ τῆς Ὄσσης* LXXX, *μεταξὺ δὲ κόλπος* CC, Demetriade ad Peneum *μείζων τῶν* M, a Spercheo Demetriada DCCC, ab Euripo ad Peneum MMCCCL.

Hinc efficies inter Euripum et Spercheum DL stadia; eundem fere numerum computabis ex locis IX, 4, 17 *ἐπὶ δὲ Πύλας ἀπὸ Εὐρίπου στάδια πεντακόσια τριάκοντα* et IX, 5, 13 *παραπλέοντι δ' ἔξω Πυλῶν τοῦ Σπερχείου σταδίους δέκα.* Desiderantur X stadia quae haud scio an recte substituas, cum neglegas illud IX, 5, 22 *ὁ δὲ πᾶς ἀπὸ Δημητριάδος ἐγκολπίζοντι ἐπὶ τὸν Πηνειὸν μείζων τῶν χιλίων* et scribas IX, 5, 13 *παραπλέοντι δ' ἔξω Πυλῶν τοῦ Σπερχείου ὡς σταδίους εἴκοσι·* (i. e. ,*κ*' pro ,*ι*'). Vide Kramerum ad hunc locum et Grosskurdium II p. 213 n. 3, 231 n. 5.

λησσός) παρ' ὁδὸν Θηβαίων εἰς Χαλκίδας et 12 *κεῖται δὲ* (scil. *ἡ Ὑρία*) *ἐγγὺς Αὐλίδος.* Nostra emendatio commendatur cum ipsis oppidis et uiis tum uerbis IX, 2, 31 *Πλαταιαὶ δὲ . . . ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνί εἰσι μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος.*

Quoquomodo haec se habent, totam hanc mensuram litoris ad unum auctorem esse reducendam ex tabula nostra optime intellegitur. Neque in peroranda totius peripli origine reor opus esse multa ex his paragraphis adcumulare exempla unde cognoscas Boeotiae Locrorum Thessaliae periplum eadem esse institutum ratione atque ceteros quos Artemidoreos tibi uenditauimus. Nam plane nihil in his habes nisi oppida marituma uel *μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης* sita, promunturia, sinus, insulas, portus, res maritumas, res sacras, *κτίσματα*, fabulas: omnia narrata inueniuntur ex more periegetarum, nihil redolet grammaticum uel philosophum auctorem.

CAPVT TERTIVM.

DE VIRIS INLVSTRIBVS.

Virorum inlustrium indiculos quos suo quemque oppido Strabo subiunxit, non ex eadem omnes ratione esse compositos contendo atque commendo tibi in usum huius dissertationis duo genera; alterius uiros inlustres ex uerbis *καθ' ἡμᾶς*, *κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν*, similibus adpositis cognoscis: 578 *ἡ δὲ Λαοδίκεια . . αὔξησιν ἔλαβεν ἐφ' ἡμῶν καὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων . . Ἱέρων μὲν πρότερον . . Ζήνων δὲ ὁ ῥήτωρ ὕστερον καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πολέμων κτλ.* — 580 Carura: *συνέστηκε δὲ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφιλείων ἰατρῶν κτλ. καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων κτλ.* — 614 *ἠτύχησε δὲ τὸ Ἀδραμύττιον ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ,* sequuntur de Diodoro et Xenocle uerba. — 625 *ἄνδρες δ' ἐγένοντο ἐλλόγιμοι καθ' ἡμᾶς Περγαμηνοί κτλ.* — 630 Antiochia Maeandri: *σοφιστὴς δὲ παρὰ τούτοις ἔνδοξος γεγένηται Διοτρέφης, οὗ διήκουσεν Ὑβρέας, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος μέγιστος ῥήτωρ.* — 649 Tralles: *ἀεί τινες ἐξ αὐτῆς εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν κτλ. ὧν Πυθόδωρός τε ἦν κτλ. τούτου δ' ἐστὶ θυγάτηρ Πυθοδωρίς . . οὗτός τε δὴ καθ' ἡμᾶς ἤκμασε καὶ Μηνόδωρος κτλ.* — 660 Stratonicea: *κἀνταῦθα δ' ἀνὴρ ἀξιόλογος γεγένηται ῥήτωρ Μένιππος κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν κτλ.* — 670 Seleucia: *ἐνταῦθα ἐγένοντο καθ' ἡμᾶς κτλ.* — 659 Mylasa: *ἀξιολόγους δ' ἔσχεν ἄνδρας καθ' ἡμᾶς κτλ.* — 753 Apamea: *ἐντεῦθεν δ' ἐστὶ Ποσειδώνιος ὁ Στωικὸς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος.* — 757 *καθ' ἡμᾶς δὲ ἐκ Σιδόνος μὲν ἔνδοξοι φιλόσοφοι κτλ. ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος.* — 759 Ascalon: *ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος μικρὸν πρὸ ἡμῶν γεγονώς.*

Haec quoniam ita se habent haud difficile putaueris, ubi ambo genera leguntur coniuncta, alterum a priore disiungere: 648 *ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Μάγνητες Ἡγησίας τε ὁ ῥήτωρ . . καὶ Σῖμος . . καὶ Κλεόμαχος,* scite de cinaedologis disputatur usque ad uerba *ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, μετὰ μέλους δὲ Λῦσις καὶ ἔτι πρότερος τούτου ὁ Σῖμος.* Deinde uero *Ἀναξήνορα δὲ τὸν κιθαρῳδὸν*

ἐξῇρε μὲν καὶ τὰ θέατρα, ἀλλ' ὅτι μάλιστα Ἀντώνιος κτλ. En quam tortuosa transitio! — 657 post Hippocratis laudes: οὗτός τε δή ἐστι τῶν ἐνδόξων Κῷος ἀνὴρ καὶ Σῖμος ὁ ἰατρός, Φιλητᾶς τε ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός | καὶ καθ' ἡμᾶς Νικίας . . καὶ Ἀρίστων [1]) . . ἦν δὲ Θεόμνηστος ὁ ψάλτος ἐν ὀνόματι ὃς καὶ ἀντεπολιτεύσατο τῷ Νικίᾳ. 617 Mytilene: ἄνδρας δ' ἔσχεν ἐνδόξους τὸ παλαιὸν μὲν Πιττακὸν . . καὶ Ἀλκαῖον . . Ἀντιμενίδαν . . συνήκμασε δὲ τούτοις καὶ ἡ Σαπφώ . . ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ. | καθ' ἡμᾶς δὲ κτλ. — 635 Miletus: ἄνδρες δ' ἄξιοι μνήμης ἐγένοντο . . Θαλῆς . . καὶ Ἀναξίμανδρος . . καὶ Ἀναξιμένης, ἔτι δὲ Ἑκαταῖος ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας, | καθ' ἡμᾶς δὲ κτλ. — 642 Ephesus: ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε . . καὶ Ἑρμόδωρος . . καὶ Ἱππῶναξ δ' ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου καὶ Παρράσιος . . καὶ Ἀπελλῆς | τῶν δὲ νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ ὁ Λύχνος προσαγορευθείς κτλ. — 645 ἐκ δὲ Ἐρυθρῶν Σίβυλλά ἐστιν . . κατ' Ἀλέξανδρον δὲ ἄλλη ἦν . . ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως | καὶ καθ' ἡμᾶς Ἡρακλείδης κτλ. — 656 Halicarnassus: ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε . . καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος | καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ σοφιστής. — 656 ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι πρῶτον μὲν Εὔδοξος . . εἶτ' Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐκ τῶν περιπάτων, ἀνὴρ συγγραφεὺς | καθ' ἡμᾶς δὲ κτλ. — 674 Tarsenses Antipatrum Archedemum Nestorem et Dionysidem priori, ceteros alteri generi dabis. — 548 Amisus: ἄνδρες δὲ γεγόνασιν ἄξιοι μνήμης κατὰ παιδείαν ἐνταῦθα μαθηματικοὶ μὲν Δημήτριος . . καὶ Διονυσόδωρος κτλ. | γραμματικὸς δὲ Τυραννίων οὗ ἡμεῖς ἠκροασάμεθα. Verum uelim animaduertas Demetrii aetatem prorsus ignotam esse, Dionysodori incertam. Hultschius Dionysodorum tribuit alteri a. Chr. saeculo P.W. V, 1005, 38. — 628 Sardes: ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους Διόδωροι δύο οἱ ῥήτορες ὧν ὁ πρεσβύτερος κτλ. (uixit κατὰ τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως ἔφοδον) τοῦ δὲ νεωτέρου φίλου ἡμῖν γενομένου κτλ. | Ξάνθος δὲ ὁ παλαιὸς συγγραφεὺς Λυδὸς μὲν λέγεται, εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων οὐκ ἴσμεν.

[1]) Paucula subnectam de uerbis καὶ Ἀρίστων ὁ ἀκροασάμενος τοῦ περιπατητικοῦ καὶ κληρονομήσας ἐκεῖνον; nam Zumptio, qui qua erat eximia sagacitate uerum uiderat (Abh. Berl. Ak. 1842. Phil. Hist. Kl. 68), Zellerus (Phil. d. Griech. III, 1[3], 628, 1) non recte oblocutus est, cum hunc Aristonem Coum discipulum heredemque adsereret Aristoni Ceo. Iulide nato, notissimis uni ex Peripateticis. Zellerum nuper Gerckeus sectatus est (P.W. II, 956, 19. 52). Verum haec non possunt esse non falsa; nam primum quidem Aristo dicitur Niciam inter et Theomnestum: ergo Aristones sunt Strabonis aequales: atque alterum etiam magis fortasse ualebit: habemus Aristonem Peripateticum, a Strabone aetate proximum, Chium hominem, quem Straboni multo notiorem atque Ceum fuisse crediderim, propterea quod ipse Aristonis Chii libros legerat: XVII, 790 ἀλλ' ἐῶ ταῦτα πολλῶν εἰρηκότων ὧν ἀρκέσει δύο μηνῦσαι τοὺς ποιήσαντας καθ' ἡμᾶς τὸ περὶ τοῦ Νείλου βιβλίον, Εὔδωρόν τε καὶ Ἀρίστωνα τὸν ἐκ περιπάτων, uide Gerckeum l. s. 52.

Praeter tam multa exempla alteri generi nullo periculo adgregata nonnulla concedo inueniri quae utri sint danda difficilius est ad discernendum. Namque Aristodemi maior et minor nec non Sostratus Nysaenses etiamsi non dubito quin alteri sint reddendi, tamen de Appollonio et Menecrate certi quidquam proferre ausus non sum (XIV, 650). Ne Demetrius quidem Scepsius utrum cum Metrodoro in alterum excipiendus sit, necne satis scio (XIII, 608). Apollonius Citiensis a Zenone (XIV, 682) et Asclepiades Prusaensis a ceteris Bithyniis ut seiungantur spero te mihi perlecto hoc capite concessurum esse. Gadarensium[1]) Rhodiorumque (XVI, 759. XIV, 655) ordo nimis turbatus legitur quam ut alterum genus ab altero iustum in modum secernatur.

Minoris uero ni fallor haec sunt momenti; in uniuersum enim quanam ex ratione alterius generis uiri inlustres sint congregati, perspicuum et recte a Stemplingero expositum est. ('Strabons litterarhistorische Notizen' Monachii 1894 p. 76 sq.) Habes huius generis tres species: homines in gerenda re publica excellentes, rhetores oratores philosophosque, amicos. Neque mirum edepol quod aliquot Strabonis amici floruerunt inter rhetores bene notos, plurimi oratores *ἄνδρες πολιτικοί* fuere. Pauci restant quibus non uereor ne triplex nostra partitio ad nihil redigatur: laudantur nonnulli medici et alii homunculi paucissimi, nescio unde prae ceteris noti, commemorandi uidelicet quia Strabonis aeuo uixere.

Satis superque in nostrum usum quoniam de altero genere diximus, nunc prius adgrediamur, cui ceteros ad unum omnes adnumerare libet uiros inlustres.[2]) Namque etiam qui singuli singulis in oppidis laudati sunt uiri ex eodem fonte uidentur hausti atque indiculi, qui complures communis patriae ciues in-

---

[1]) Subscribere libuit opinionem si bene auguror non nimis incertam de uerbis Laertii a nemine non tentatis VI, 99 '*Μελεάγρου τοῦ κατ᾽ αὐτὸν γενομένου*' (uide C. Wachsmuthium Sillographi p. 78; Maassium de biograph. Graecis 18; Gerckeum de quibusdam Laertii Diogenis auctoribus, 'wissenschaftl. Beil. z. Vorlesungsverzeichnis d. Univers. Greifswald Ostern 1899' p. 27; E. Schwartzium P.W. s. u. Diogenes Laertius V p. 745, 5). Namque recte mihi uidentur illi haec esse interpretati, qui *κατ᾽ αὐτόν* de tempore Menippi intellexerunt. Quodsi hinc ad Strabonis indiculum Gadarensium accesseris atque inter Philodemum (Ciceronis aequalem) Meleagrumque (*ἤκμασε ἐπὶ Σελεύκου τοῦ ἐσχάτου* = 93—80 a. Chr.; uide Wachsmuthium 78) et Theodorum (Strabonis aequalem) Menippum *τὸν σπουδογέλοιον* inueneris haud scio an mecum suspiceris ex uulgari errore nescio unde orto Menippum et Meleagrum aequales fuisse.

[2]) Scilicet excipias Cephalonem Gergithium (XIII, 1, 19. cf. E. Schwartzium P.W. IV, 2809, 67) Mnasalcem Plataeensem (IX, 2, 31. Nieseus Rh.M. 32, 273. Schwartzius P.W. I, 2867, 53) Heracleidem Ponticum (XII, 3, 1. Guil. Fabricius Theoph. v. Myt. p. 69) quippe qui non amplificandae ciuium gloriae sed patriae causa adcuratius significandae legantur nominati.

lustres praebent. Veluti Neoptolemus Parius cum Charone ceterisque Lampsacenis coniungendus est (XIII, 589 *ἐκ Παρίου μὲν οὖν ὁ γλωσσογράφος κληθεὶς ἦν Νεοπτόλεμος μνήμης ἄξιος, ἐκ Λαμψάκου δὲ Χάρων τε ὁ συγγραφεὺς καὶ Ἀδείμαντος κτλ.*). Crates Mallotes (XIV, 676) Anaxagoras Clazomenius (XIV, 645) Protarchus Bargylius (XIV, 658) Arcesilaus Pitaneus (XIII, 614) propter '*διαδοχήν*' ab indiculis non segregandi. Bias Prienensis (XIV, 636) Sapiens et Cleobulus Lindius Sapiens (XIV, 655) faciunt cum Thalete Milesio Sapiente (XIV, 635). Diodorus Cronus Iasius (XIV, 658) ex eodem haud dubie fonte commemoratus est, atque Apollonius Cyrenaicus (XVII, 838). Quae narrantur de Homero apud Ietas uersato (X, 484), cum indiculis Samiorum (XIV, 638) Chiorum (XIV, 645), Colophoniorum (XIV, 643) non possunt non cohaerere.

Nunc uero ex hoc angusto gyro in multo latiorem acriter inuehor campum, ut uincula quibus omnes prioris generis uiri inlustres cohibeantur tibi ponam ob oculos. Quaecunque de iis dicuntur, singulatim generatimque perlustremus.[1] Atque primo quidem loco ubique fere exstat *τὸ ἐθνικόν*: 618 *Ἑλλάνικος δὲ Λέσβιος συγγραφεύς.* 656 *Ἡρόδοτος ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν.* 643 *ἐγένοντο Κολοφώνιοι.* 656 *ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι.* 837 *γνώριμοι Κυρηναῖοι . . Κυρηναῖος δ' ἐστί . .* 744 *ὥσπερ δὲ Βαβυλωνίαν τὴν χώραν καλοῦμεν οὐκ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χώρας · ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ἧττον κἂν ἐκεῖθεν ὦσι.* 739 *Σέλευκος δ' ὁ ἀπὸ Σελευκείας Χαλδαῖος.* 645 *ἄνδρες δὲ Χῖοι.* 638 *Σάμιος δὲ ἦν.* 645 *Κλαζομένιος δ' ἦν.* 487 *Φερεκύδης ὁ Ἀθηναῖος.* 647 *γνώριμοι Μάγνητες.* 393 *ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις . . ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων ἄνδρα Σωκρατικόν, Μεγαρέα τὸ γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον οἱ Ἠλειακοὶ διεδέξαντο καὶ τοῦτον Σωκρατικὸν ὄντα ἦν καὶ Πύρρων, Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετρικοί.* 448 *Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολή.* VII fr. 35 *Θάμυρις ὁ Θρᾷξ.* 657 *τῶν ἐνδόξων Κῷος ἀνήρ.* 661 *Ἀλαβανδεῖς.* 657 *Νυσαεῖς.* 628 *Ξάνθος . . Λυδὸς μὲν λέγεται.* 655 *Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ καὶ Ἀπολλώνιος . . Ἀλεξανδρεῖς μέν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι.*

Adsero c o g n o m i n a: 546 *Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα.* 589 *ὁ γλωσσογράφος κληθεὶς Νεοπτόλεμος.* 618 *Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο ἔμπροσθεν ὁ Θεόφραστος, μετωνόμασε δ' αὐτὸν Ἀριστοτέλης κτλ.* 642 *Ἡράκλειτος ὁ Σκοτεινὸς καλούμενος.* 643 *Ξενοφάνης ὁ Φυσικός.* 645 *Σίβυλλα ἄλλη . . καλουμένη Ἀθηναΐς.* 658 *Διόδωρος ὁ Κρόνος προσαγορευθείς.* 837 *Ἀρίστιππος ὁ κληθεὶς Μητροδίδακτος . . ὁ Κρόνος δὲ Ἀπολλώνιος.*

---

[1]) uide G. Wentzelium Hermes XXXIII, 297 sq.

De patre uerba addita sunt: 487 *Φερεκύδης ὁ Βάβυος.* 548 *Δημήτριος ὁ τοῦ Ῥαθηνοῦ* (Demetrii aetatem non scimus). 608 *Κορίσκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς.* 622 *Ἡσίοδος ὁ ποιητής· αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτούς, Κύμην Αἰολίδα προλιπών κτλ,* eadem repetuntur 409. 638 Neocles Epicuri pater. 671 *Χρύσιππος πατρὸς ὢν Ταρσέως ἐκεῖθεν μετοικήσαντος.* 837 Aristippus, Arete filia, Aristippus nepos.

Quo quisque aeuo uixerit plerumque additur: 448 *καὶ ἔτι πρότερον.* 487 *νεώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου.* 617 *ὕστερον δ' ἐγένετο πολλοῖς χρόνοις.* 622 *καὶ ἔτι πρότερον τούτου.* 638 *τούτῳ συνεβίωσεν Ἀνακρέων . . ἐπὶ τούτου δὲ καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι . . γενέσθαι δ' αὐτῷ συνέφηβον Μένανδρον.* 645 *κατ' Ἀλέξανδρον δὲ ἄλλη ἦν.*

Praecipue neglectum non est quibusnam litteris uel artibus tempus dederint studiumque; permultos habes philosophos, magistrorum et scholarum discipulorum condiscipulorumque nomina insuper saepissime sunt addita: 448 *ἡ τῶν Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη . . ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή, ὅσγε κἀκεῖ κατέλυσε τὸν βίον.* VII fr. 33. 35. *Στάγειρα Ἀριστοτέλους πατρίς.* 486 *ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής.* 252 Elea: *ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο ἄνδρες Πυθαγόρειοι.* 262 Croton: *τὸ τῶν Πυθαγορείων πλῆθος καὶ Μίλων ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονώς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει πολὺν χρόνον.* 280 Tarentini: *ἀπεδέξαντο καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν, διαφερόντως δ' Ἀρχύτας.* 546 Sinope: *ἄνδρας δ' ἐξήνεγκεν ἀγαθούς, τῶν μὲν φιλοσόφων Διογένη τὸν Κυνικὸν καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα.* 566 Bithynii: *Ξενοκράτης τε ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ διαλεκτικός.* 589 Lampsacenus *καὶ Μητρόδωρος ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος καὶ αὐτὸς δ' Ἐπίκουρος τρόπον τινὰ Λαμψακηνὸς ὑπῆρξε, διατρίψας ἐν Λαμψάκῳ καὶ φίλοις χρησάμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοῖς περὶ Ἰδομενέα καὶ Λεοντέα.* 608 *οἵ τε Σωκρατικοὶ Ἔραστος καὶ Κόρισκος καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς.* 610 Assius *ἦν Κλεάνθης ὁ Στωικὸς φιλόσοφος ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολὴν καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ· ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε κτλ . . . Ἑρμείας ἠκροάσατο καὶ Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους κτλ.* 614 *ἐκ δὲ τῆς Πιτάνης ἐστὶν Ἀρκεσίλαος ὁ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας, Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως συσχολαστὴς παρὰ Πολέμωνι.* 617 Mytilene *Πίττακον ἕνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.* 618 *ἐξ Ἐρεσσοῦ δ' ἦσαν Θεόφραστός τε καὶ Φανίας οἱ ἐκ τῶν περιπάτων φιλόσοφοι, Ἀριστοτέλους γνώριμοι.* 635 *ἄνδρες δ' ἄξιοι ἐγένοντο ἐν τῇ Μιλήτῳ, Θαλῆς τε, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, ὁ πρῶτος φυσιολογίας ἄρξας*

ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ μαθηματικῆς καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἀναξίμανδρος καὶ ὁ τούτου πάλιν Ἀναξιμένης. 636 *ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν.* 638 de Pythagora Samio; de Epicuro Sami uersante. 642 Ephesius *Ἡράκλειτός τε ὁ Σκοτεινὸς καλούμενος.* 643 Colophonius *καὶ Ξενοφάνης ὁ Φυσικός.* 645 *Κλαζομένιος δ' ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς Ἀναξαγόρας ὁ φυσικός, Ἀναξιμένους ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου, διήκουσαν δὲ τούτου Ἀρχέλαος ὁ φυσικὸς καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής.* 655 Lindius *εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν Κλεόβουλος.* 656 *ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι πρῶτον μὲν Εὔδοξος ὁ μαθηματικός, τῶν Πλάτωνος ἑταίρων εἶτ' Ἀγαθαρχίδης ὁ ἐκ τῶν περιπάτων, ἀνὴρ συγγραφεύς.* 658 *ἐκ δὲ τῶν Βαργυλίων ἀνὴρ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἐπικούρειος Πρώταρχος ὁ Δημητρίου καθηγησάμενος τοῦ Λάκωνος.* 658 Iasius *ὁ διαλεκτικὸς Διόδωρος ὁ Κρόνος.* 671 Solensis *Χρύσιππος ὁ στωικὸς φιλόσοφος.* 674 Tarsenses *τῶν μὲν στωικῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος καὶ Νέστωρ.* 682 Citiensis *Ζήνων ὁ τῆς στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης.* 744 *Διογένη τὸν στωικὸν φιλόσοφον.* 837 *ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Κυρηναῖοι Ἀρίστιππός τε ὁ Σωκρατικὸς ὅστις καὶ τὴν Κυρηναικὴν κατεβάλετο φιλοσοφίαν,* sequitur ampla disputatio de eis qui eius sectam sunt secuti. 393 de Megaricis philosophis.

P o e t a r u m et m u s i c o r u m haud multo minorem audis numerum: 281 Rudiensis *ὁ ποιητὴς Ἔννιος.* VII fr. 17. 18. *Πίμπλειαν ἔνθα Ὀρφεὺς διέτριβεν.* fr. 35 *ἐν δὲ τῇ ἀκτῇ ταύτῃ Θάμυρις ὁ Θρᾷξ ἐβασίλευσε, τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων γεγονὼς ὢν καὶ Ὀρφεύς.* 409 Hesiodus Ascraeus. 479 *ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι.* 484 Ios *ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαί τινές φασι τὸν ποιητὴν Ὅμηρον.* 486 *ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου.* 487 Parius Archilochus poeta. Amorginus Simonides *ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής.* 546 Sinope: *τῶν δὲ ποιητῶν Δίφιλον τὸν κωμικόν.* 589 Proconnesius *Ἀριστέας ὁ ποιητὴς τῶν Ἀριμασπείων καλουμένων ἐπῶν. ἀνὴρ γόης εἴτις ἄλλος.* 617 Alcaeus, Sappho. 618 Methymnaeus *Ἀρίων . . οὗτος μὲν οὖν κιθαρῳδός· καὶ Τέρπανδρον δὲ τῆς αὐτῆς μουσικῆς τεχνίτην γεγονέναι φασί.* 622 Cymaeus *Ἡσίοδος ὁ ποιητής,* etiam Homerus ibi natus esse a nonnullis dicitur. 638 Samius *Ἀνακρέων ὁ μελοποιός.* 642 Hipponax Ephesius poeta. 643 *ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων Μίμνερμος, αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας καὶ Ξενοφάνης ὁ Φυσικὸς ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων· λέγει δὲ Πίνδαρος καὶ Πολύμναστόν τινα τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐλλογίμων 'φθέγμα . . ἀνδρός', καὶ Ὅμηρον δέ τινες ἐντεῦθεν εἶναί φασιν.* 644 Teius *Ἀνακρέων ὁ μελοποιός.* 645 Chius: *Ἴων ὁ τραγικός . . ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου κτλ.* 646 Homerus Smyrnaeus. 648 Magnetes *Σῖμος ὁ μελοποιός . . Κλεόμαχος ὁ πύκτης.* 655 *Πείσανδρος ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας ποιητὴς Ῥόδιος.* 656 Hali-

carnassius *Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος.* 657 Cous *Φιλητᾶς ποιητὴς ἅμα καὶ κριτικός.* 671 Solius *Φιλήμων ὁ κωμικὸς ποιητὴς καὶ Ἄρατος ὁ τὰ Φαινόμενα συγγράψας ἐν ἔπεσιν.* 674 Tarsius *ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων Διονυσίδης.* 837 *Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν, ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς, ὁ δὲ καὶ ταῦτα καὶ περὶ φιλοσοφίαν καὶ τὰ μαθήματα, εἴ τις ἄλλος διαφέρων.*

Multi historici scriptores inueniuntur: 487 Pherecydes Syrius. 546 Sinope: *τῶν δὲ συγγραφέων Βάτωνα τὸν πραγματευθέντα τὰ Περσικά.* 589 *Χάρων ὁ συγγραφεύς.* 618. *Ἑλλάνικος δὲ Λέσβιος συγγραφεὺς καὶ Καλλίας ὁ τὴν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος.* 622 Cyme: *Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων.* 628 Sardes: *Ξάνθος ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.* 635 Milesius *Ἑκαταῖος ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας.* 644 Teos: *γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως.* 645 Chios: *Θεόπομπος ὁ συγγραφεύς.* 656 *Ἡρόδοτος ὁ συγγραφεύς.* Cnidius *Ἀγαθαρχίδης ἀνὴρ συγγραφεύς . . ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.* 658 Caryanda: *Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.* 682 Salamis: *Ἄριστος ὁ συγγραφεύς.*

Nec medici desunt nec mathematici: 486 Iulis: *Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρός.* 657 de Hippocrate et Simo Cois uerba facta sunt. 656 *Κτησίας ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην κτλ.* 548 Amiseni *μαθηματικοὶ Δημήτριος ὁ τοῦ Ῥαθηνοῦ καὶ Διονυσόδωρος ὁμώνυμος τῷ Ἴκενι (τῷ Μηλίῳ* coni. Tyrwhittius) *γεωμέτρῃ.* 739 Seleucus et Chaldaei, 656 Cnidius *Εὔδοξος ὁ μαθηματικὸς τῶν Πλάτωνος ἑταίρων.*

Grammaticos et oratores habemus nonnullos: 589 Parius *ὁ γλωσσογράφος κληθεὶς Νεοπτόλεμος.* 676 Mallotes *Κράτης ὁ γραμματικός.* 655 *Σιμμίας ὁ γραμματικός* Rhodius. 638 Samos: *Νεοκλῆς . . γραμματοδιδάσκαλος ὥς φασι,* ibidem etiam Creophylus Homeri praeceptor laudatur. 621 Temnius *Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας.* 589 Lampsaceni *Ἀδείμαντος καὶ Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ.* 617 Mytilenaeus *Διοφάνης ὁ ῥήτωρ.* 647 Magnes *Ἡγησίας ὁ ῥήτωρ.* 645 Chius *Θεόκριτος ὁ σοφιστής.* Pauci restant ex alia causa clari habiti: 645 Sibyllae maior et minor Erythraeae. 642 *Παρράσιος ὁ ζωγράφος καὶ Ἀπελλῆς.* 683 Solius *Στασάνωρ τῶν Ἀλεξάνδρου ἑταίρων ἀνὴρ ἡγεμονίας ἠξιωμένος.*

Haud raro uirorum inlustrium opera opuscula facta prae ceteris memorabilia suo quidque nomine sunt laudata: 479 Epimenides . . *τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν.* 487 *Σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής.* 546 *Βάτωνα τὸν πραγματευθέντα*

τὰ Περσικά. 589 Aristeas *ὁ ποιητὴς τῶν Ἀριμασπείων καλουμένων ἐπῶν.* 618 Callias *ὁ τὴν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος,* Terpandrus . . *τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον.* 621 Hermagoras *ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας.* 622 Ephorus *ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων.* 635 Hecataeus *ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας,* Thales *ὁ πρῶτος φυσιολογίας ἄρξας ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ μαθηματικῆς.* 642 Hermodorus: *δοκεῖ δ' οὖν οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι.* 643 Mimnermus *ποιητὴς ἐλεγείας,* Xenophanes *ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων.* 648 Hegesias *ὁ ῥήτωρ ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ Ἀσιανοῦ λεγομένου ζήλου παραφθείρας τὸ καθεστὼς ἔθος τὸ Ἀττικόν,* ibidem de Simo et Cleomacho luculenta disputatio. 655 Pisandrus *ὁ τὴν Ἡράκλειαν γράψας ποιητὴς Ῥόδιος.* 656 Ctesias *ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ τὰ Περσικά.* 671 Aratus *ὁ τὰ Φαινόμενα συγγράψας ἐν ἔπεσιν.* Conferas etiam uerba de Orpheo (VII fr. 18) philosophis Megaricis (393) Eretricis (448) Eleaticis (252) Pythagoreis (262, 280) Cyrenaicis (837) facta.

Praeter res adhuc a nobis exscriptas alia insuper in indiculis inueniuntur quae ad uariam singulorum uitae memoriam pertinent: 656 Herodotus *ὃν ὕστερον Θούριον ἐκάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας,* Heraclitus poeta *ὁ Καλλιμάχου ἑταῖρος.* 642 Heracliti de Hermodoro et Ephesiis uerba. 837 Callimachus et Eratosthenes *ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν.* 486 Simonides et Bacchylides *ἀδελφιδοῦς ἐκείνου.* 589 *Μητρόδωρος ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος καὶ αὐτὸς δ' Ἐπίκουρος τρόπον τινὰ Λαμψακηνὸς ὑπῆρξε διατρίψας ἐν Λαμψάκῳ καὶ φίλοις χρησάμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοῖς περὶ Ἰδομενέα καὶ Λεοντέα.* 618 Arion Methymnaeus *ὁ ἐπὶ τῷ δελφῖνι μυθευόμενος ὑπὸ τῶν περὶ Ἡρόδοτον εἰς Ταίναρον σωθῆναι, καταποντωθεὶς ὑπὸ τῶν λῃστῶν.* 638 res Sami in insula a Polycrate et Pythagora gestae: praeterea de Epicuro narrantur *καὶ δὴ τραφῆναί φασιν ἐνθάδε καὶ ἐν Τέῳ καὶ ἐφηβεῦσαι Ἀθήνησι. γενέσθαι δ' αὐτῷ συνέφηβον Μένανδρον τὸν κωμικόν.* 645 Theopompus et Theocritus Chii: *οὗτοι δὲ καὶ ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις.* 622 (Cyme) et 409 (Ascra) de Hesiodo: Ascraea exscribenda: *ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς . . ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐ[πιλαβόμενος] τοῦ πατρὸς ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος μ[ετῴκησε πρό]τερον λέγων κτλ.* (suppleui ex XIII, 622: Kramerus *μ[ετανέστη πρό]τερον;* Meinekius *μ[ετέστη θρασύ]τερον*). Vide etiam quae sunt de Milone Crotoniata 262, de Thamyri et Orpheo VII fr. 17. 18. 35, de Pittaco Alcaeo Antimenida Sapphone 617, de Cleomacho 648. Quibus uitarum frustulis optime non dubito quin sint adserendae Hermiae et Pythagorae uitae quippe quae paene incolumes et intactae permanserint (638. 610).

Haud raro atque inprimis de uiris parum notis testimonia poetarum aliorumque scriptorum leguntur: 642 Heracliti de Hermodoro et Ephesiis uerba. 622 (Cyme) et 409 (Assus) Hesiodi uersus. 643 Pindari de Polymnasto uersus. 618 Methymnaeus Arion *μυθευόμενος ὑπὸ τῶν περὶ Ἡρόδοτον*. Terpander *καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται κτλ.* 645 Pindari Homerica. 644 Anacreontis uersus. 636 Hipponactis de Biante iambus. 617 Alcaei uerba. 638 Samus: *καὶ δὴ πᾶσα ἡ ποίησις* (Anacreontis scilicet) *πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ* (scil. *Πολυκράτους*) *μνήμης,* accedunt Homeri uersus.[1])

Non solum qui quoque in oppido nati sint uiri sed etiam qui quando ibi uitam degerint, leguntur in indiculis; atque hae sunt *διατριβαί*: 643 Colophon: *καὶ Ὅμηρον δέ τινες ἐντεῦθεν εἶναί φασιν.* 645 *ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι μαρτύριον μέγα* (cod. *μετά*) *τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους ἀπὸ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι ὧν καὶ Πίνδαρος μέμνηται ʽὅθεν περ . . ἀοιδοί᾽.* 622 *Ὅμηρος δ᾽ οὐχ ὁμολογουμένως* (scil. *ἐκ τῆς Κύμης ἐστίν*), *πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν ἐκείνου.* 484 Ios *ἐν ᾧ κεκηδεῦσθαί τινές φασι τὸν ποιητὴν Ὅμηρον.* 646 Smyrna: *ἔστι δὲ καὶ βυβλιοθήκη καὶ τὸ Ὁμήρειον στοὰ τετράγωνος ἔχουσα νεὼν Ὁμήρου καὶ ξόανον. μεταποιοῦνται γὰρ καὶ οὗτοι διαφερόντως τοῦ ποιητοῦ καὶ δὴ καὶ νόμισμά τι χαλκοῦν παρ᾽ αὐτοῖς Ὁμήρειον λέγεται.* 589 Metrodoro laudato *αὐτὸς δ᾽ Ἐπίκουρος τρόπον τινὰ Λαμψακηνὸς ὑπῆρξε, διατρίψας ἐν Λαμψάκῳ καὶ φίλοις χρησάμενος τοῖς ἀρίστοις τῶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ τοῖς περὶ Ἰδομενέα καὶ Λεοντέα.* 610 Assus: *ἐνταῦθα δὲ καὶ Ἀριστοτέλης διέτριψε διὰ τὴν πρὸς Ἑρμείαν τὸν τύραννον κηδείαν,* sequitur Hermiae uita. 638 Samus: *τούτῳ δὲ* (scil. *Πολυκράτει*) *συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός.* 448 Eretria: *ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλους ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβή.*

Quodsi non stulte lusoriis uentilauimus armis, sed fortunato huc usque decertauimus proelio, tibi me persuasisse reor omnes prioris generis uiros inlustres et singulos et indiculis iugatos ita esse descriptos ut communem quendam fontem deprehendamus. Cuius fontis rationem ut adcuratius etiam et integrius perspiciamus, quanam ex lege in indicibus ciues inlustres digesti et distributi sint, quaerendum uidetur. Atque duplicem quidem ordinis habes rationem, cum communis studii tum aetatis. Neque enim

---

[1]) Argumenta quibus nisus Cobetus Misc. Crit. 188 Heracliti de Hermodoro uerba, Hipponactis de Biante uersum, Callimachi in Creophylum epigramma ex contextu quem aiunt uiolentiore manu eradicauit et in margine conlocauit prout hominis multarum litterarum adnotationes non ineruditas corruisse puto cum ex Schroeteri (ʽBemerkungen z. Strabo Progr. Leipz. Realgymn.᾽ 1887. 16. 17) et P. Meyeri disputationibus (Stud. Lips. II. 58—72 et Progr. Grimma 1890, 14 sq.) tum ex nostra exemplorum silua.

ullum fugit uirum doctum indiculos perlegentem complures saepissime ciues claros esse inter se artius coniunctos eodem quo dediti erant studio, alios aliis studiis qui praestiterant ab illis segregatos. Tamen non certa neque usquam mutata est haec ratio. Immo ubique fere temporis ordo multo adcuratius seruatus est, quo fit ut — statim exemplum producamus — philosophus natu maior a philosopho minore separetur poetis grammaticis historicis qui medio fere interuallo uixerint. Etsi longius fortasse labi et argumentis te premere uidebor, nunc singulorum indiculorum copiam profundam. Exordium fit ab indiculis ita compositis ut philosophi a poetis, poetae ab historicis uel grammaticis, historici ab artificibus excipiantur. Habeas exempla:

546. (Sinope) *ἄνδρας δὲ ἐξήνεγκεν ἀγαθούς, τῶν μὲν φιλοσόφων —, τῶν δὲ ποιητῶν —, τῶν δὲ συγγραφέων —.* 671. (Soli) *γεγόνασι δ' ἄνδρες ἐνθένδε τῶν ὀνομαστῶν Χρύσιππός τε ὁ Στωικὸς φιλόσοφος . . καὶ Φιλήμων ὁ κωμικὸς ποιητὴς καὶ Ἄρατος . .* — 635 (Miletus) *ἄνδρες δ' ἄξιοι μνήμης ἐγένοντο ἐν τῇ Μιλήτῳ Θαλῆς τε — — καὶ Ἀναξίμανδρος — — καὶ Ἀναξιμένης, ἔτι δὲ Ἑκαταῖος ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας.* — 642. (Ephesus) *Ἡράκλειτός τε ὁ Σκοτεινὸς καλούμενος καὶ Ἑρμόδωρος — — καὶ Ἱππῶναξ δ' ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου καὶ Παρράσιος ὁ ζωγράφος καὶ Ἀπελλῆς.* — 674. (Tarsus) *ἄνδρες δ' ἐξ αὐτῆς γεγόνασι τῶν μὲν στωικῶν Ἀντίπατρός τε καὶ Ἀρχέδημος καὶ Νέστωρ* (sequuntur *οἱ καθ' ἡμᾶς*) *ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων Διονυσίδης.* — 655. (Rhodus) *τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν περὶ λόγους καὶ φιλοσοφίας . . . Πραξιφάνης καὶ Ἱερώνυμος καὶ Εὔδημος . . . καὶ Πείσανδρος . . ποιητὴς . . καὶ Σιμμίας ὁ γραμματικός.* Ergo in Ephesiis Soliis Tarsensibus temporis ratio adeo non est habita, ut Hipponax poeta post Heraclitum philosophum, Chrysippus ante Philemonem Aratumque nec non Dionysides post alterius saeculi philosophos sint conlocati.

Multo autem maior est numerus eorum indiculorum qui uiros inlustres praebent ex saeculis distinctos:

656 Halicarnassus: Herodotus Heraclitus. — 486 Iulis: Simonides Bacchylides Erasistratus Ariston. — 643 Colophon: Mimnermus Xenophanes Polymnastus. — 622 Cyme: *Ἔφορος . . καὶ ἔτι πρότερον Ἡσίοδος.* — 589 Lampsacus: Charon Adeimantus Anaximenes Metrodorus. — 618 Methymna: Arion Terpandrus Hellanicus Callias (?). — 638 Samus: Polycrates Anacreon Pythagoras Neocles Epicurus. — 645 Chius: Ion Theopompus Theocritus. — 647 Magnesia: Hegesias Simus Cleomachus. — 657 Cos: Hippocrates Simus Philetas. — 617 Mytilene: Pittacus Alcaeus Antimenidas Sappho Diophanes. — 608 Scepsis: Erastus Coriscus

Neleus. — 566 Bithynia: Xenocrates Dionysius Hipparchus. — 644 Teus: Anacreon Hecataeus. —

Caue uero existimes duas species quarum prior ex tempore altera ex studio deriuetur esse statuendas; immo — etiamsi temporis ratio plus ualet — ubique studium commune respicitur, id quod optime cognoscis et ex tabula Cyrenaicorum et ex eis indiculis qui praeter complures eiusdem studii ciues inlustres alios non habent laudatos: Namque Cyrenaici (837) landantur post philosophorum Aristippeorum familiam Callimachus et Eratosthenes grammatici et poetae, deinde Carneades philosophus; in extremo indiculo nescio cur legatur Apollonius Cronus. Insuper conferas indiculos: 645 Erythrae: Sibyllae maior et minor. — 548 Amisus: Demetrius et Dionysodorus. — 739 Babylon: Chaldaei et Seleucus. — 618 Eresus: Theophrastus et Tyrtamus. Hac occasione breuiter commemorem et incerta et *διατριβάς,* quas uocant, in extremis narrari indiculis: conferas indiculos Colophoniorum 643, Samiorum 638, Chiorum 645, Cymaeorum 622, Lampsacenorum 589, Assiorum 610.

Ab iis quos adhuc enarrauimus indiculis nequaquam potest segregari illa decas quorum ciues inlustres cum breui rerum patriarum commentario leguntur conligatae et implicatae. Exempla subscribo: sunt enim ciues et res Samiorum 638, Assiorum 610, Mytilenaeorum 617, Teiorum 644, Eretriacorum 448, Eleaticorum 252, Crotoniatium 262, Tarentinorum 280, Megarensium 393, Tarsensium 674.

Indiculorum et genera et uarias generum species quoniam satis ut uidetur disseruimus, e re fortasse erit exquirere quid inde de Strabonis studiis et consilio possit enucleari. Neque enim — licet alia sint incerta — potest fieri, ut neges Strabonem altero illo genere rhetorum amicorum uirorum ex fatis patriae et imperii bene notorum id egisse ut prius compleret; atque alterius generis ciues inlustres Strabonis aetate *(καθ' ἡμᾶς)* uel paulo ante Strabonem *(μικρὸν πρὸ ἡμῶν, κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, κατὰ τὰ Μιθριδατικά)* uixerunt; itaque dabis alteri generi primum a. Chr. n. saeculum.

Prioris generis ad unum omnes uiri inlustres ante primum a. Chr. n. saeculum uixerunt. Neque enim ex indicibus turbatis uel non satis claris (Rhodiorum Bithyniorum Alabandensium Scepsiorum Gadarensium) initium capiendum est neque Citiensium tabula (682 *ἐντεῦθεν ἦν Ζήνων τε ὁ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός*) contra nos uti debes, sed eos adeas indiculos qui certi sunt et adcurata splendent partitione. In primis Mytilenaeos tibi commendo, inter quos post Alcaeum Pittacum

Sapphonem habes *ὕστερον δ' ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ ῥήτωρ*, qui Tiberii Gracchi fuit aequalis. Deinde incipit alterum genus *καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων κτλ.* Nec non Cnidios uelim examines etsi Ctesias nescio qua causa male ultimus sit nominatus: *ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι Κνίδιοι πρῶτον μὲν Εὔδοξος εἶτ' Ἀγαθαρχίδης*, qui Ptolemaei Physconis tempore floruit, *καθ' ἡμᾶς δὲ Θεόπομπος . . καὶ Ἀρτεμίδωρος . ἐντεῦθεν δὲ καὶ Κτησίας κτλ.* Quibus adseras Protarchum Bargyliensem (uide Zellerum III, 1 ^{3} p. 371). Hermagoram Temnium, Aristum Salaminium excellentes alterius saeculi uiros qui ipsi quoque priori generi sunt adtribuendi.

Quae cum ita sint, existit iam quaestio de origine horum indiculorum: nam de altero genere nunc taceam. Nequaquam enim est uerisimile Strabonem ipsum ubicumque placuit euoluisse et excerpsisse quendam de uiris inlustribus librum. Curnam adhibuisset auctorem obsoletum qui primi saeculi uiros egregios in suis indiculis nondum laudauerat? Neque certa ratio — id quod maximum uidetur — potest excogitari, ex qua modo adhibuerit illum auctorem, modo non adhibuerit.[1] At optime omnes difficultates expediuntur, cum Strabonem non ipsum auctorem de uiris inlustribus inspexisse sed indiculos ab altero fonte et eo geographico accepisse statuamus. Namque cum Strabo usquequaque locupletium auctorum copiosorumque uerba in angustum cogeret, modo uerbotenus fontem exscriberet, modo plurima repudiaret, paucula frustula seruaret, etiam indiculos omittebat, addebat, prout erat arbitrium. Auctorem cui indiculos debeat ut deprehendamus aliter non potest fieri nisi contextu, quo indiculi inuoluti paene et uelati leguntur, examinato.

Atque Cyrenaica XVII, 3, 22 a Strabone ex Artemidoro maximam partem depicta esse Rugeus quaest. Strab. 72—78 demonstrauit; debentur ei § 20 fere tota, § 21 ex parte, sequitur index noster, qui excipitur alio ramento Artemidoreo. — Idem statuendum est de Sinopensibus XII, 3, 11 et Amisenis XII, 3, 17; uide Guil. Fabricium 'Theoph. v. Mytil. u. Qu. Dellius' 59—69; uterque index legitur inter Artemidorea. — Lesbum insulam XIII, 2 fere totam Artemidoream esse cum Rugeus recte exponeret p. 7, nimis caute indiculos Mytilenaeorum Eresiorum Methymnaeorum periplo intextos Artemidoro non tribuit. — Inter Hermagoram Temnium et Ephorum Hesiodum Homerum Cymaeos

---

[1]) Stemplingerus p. 68 sq. somniauit cum Strabonem nobis uenderet Graeculum homuncionem, Asiam patriam ita adamantem, ut Asiae ciues uel ignobiles omni cumularet laude, ceteros uiros atque multo clarissimos fere omnes foedo premeret silentio. Omnis illius sententia refutatur indiculo Cyrenaicorum (837).

laudatum teneo Artemidorum (XIII, 3, 5 uide Rugeum p. 5). — Maris Aegaei insulas ex copia Artemidori a Strabone (X, 5) descriptas esse siquidem secunda supra euicimus Minerua, nunc quidem non dubitabimus etiam Homerum Ietam § 1, Simonidem ceterosque Ceos § 6 Archilochum Parium § 7, Pherecydem Syrium § 8, Simonidem Amorginum § 12, Artemidoro reddere, praesertim cum ab ipsa insularum enarratione quantum uideo non queant separari. — Neque Aristotelem Stagiritam neque Orpheum Thamyrinque Thracas a quonam alio Strabo acceperit rerum scriptore habeo, nisi ab Artemidoro fere omnium rerum Macedonicarum et Thraciarum auctore. — Ex Thraciae peripli auctore Strabo etiam Troadis et Aeoliae oram sumpserat; periplo Artemidoreo nunc addo, quippe qui euelli ex eo non possint, Aristeam Proconnesium XIII, 1, 16, Neoptolemum Parium et Lampsacenos 19, Scepsios 54, Assios 57, Arcesilaum Pitaneum 67. — Xanthus Lydus occurrit XIII, 4, 9 in itinere quod Artemidoro dare conati sumus. — De Megaricis philosophis uerba IX, 1, 8 facta sunt in periplo orae Atticae quem Artemidoro supra reddidimus. — Plurimi autem uiri inlustres occurrunt in libro XIV, quem totum fere Artemidoreum supra inuenimus. Namque ut a sexto capite exordium capiam, in periplo Cypri insulae (§ 3) haud nimis longo inuolutos accipis Aristum Salaminium, Zenonem Citiensem, Stasanorem Solium. In quinto Ciliciae capite inter uestigia Artemidori legis Chrysippum Philemonem Aratum Solios § 8, Antipatrum Archedemum Nestorem Dionysidem Tarsenses § 14. 15, Cratetem Malloten 16. Maxime indiculis referta sunt Ionica et Carica: Milesios habes 1, 7, Biantem Prienensem 12, Samios 16—18, Ephesios 25, Colophonios 28, Teios 30, Erythraeos 34, Chios 35, Clazomenios 36, Homerum Smyrnaeum 37, Magnetas 41, Nysaenses 48; Cleobulum Lindium 2, 11, Rhodios 13, Cnidios 15, Halicarnassenses 16, Coos 19, Scylacem Caryandenum et Protarchum Bargyliensem 20, Diodorum Iasium 21, Alabandenos 26. Tantum uero abest, ut argumentis uel callidissime excogitatis demonstretur hos indiculos ex alio fonte fluxisse atque periplum, ut eos fere omnes cum copia Artemidori artius esse iugatos, quam qui ex ea eripi queant, nemo non intellegat. — Venio nunc ad Italica; atque Eleaticorum quidem totam fere paragraphum VI, 1, 1 ex Artemidoro excerptam esse et locis Plinianis supra exscriptis et fragmento Antiochi probatur. Idem de Milone ceterisque Pythagoraeis Crotoniatis dicendum est: in § VI, 1, 11 laudatur Artemidorus, in § 12 Antiochus; § 12 et 13 haud paucis locis cum Plinio consentiunt. Ennius Rudiensis nominatur in § VI, 3, 5 quam Artemidori esse ex argumento, indole, stadiis, uestigiis

Timaei (uide Geffckenum 14, Hunrathium 32) plane certum est. — Epimenidem Phaestium Apollodoro (cui paragraphos X, 4, 6—9. 11—15 E. Schwartzius P-W. I. 2869, 58 in uniuersum recte dedit) demere et Artemidoro dare malo: nam ad hunc referre libet paragraphos 2, 3, 4, 5 fere totas. — Etiam Eretriacos Artemidoro deberi crediderim: namque etsi Euboica maximam partem non Artemidorea sunt, ut exposuimus, sed Apollodorea, ut Schwartzius P-W. I, 2867 extr. uult, tamen § X, 1, 2 Artemidori est et undecimam reliquiis Apollodoreis Schwartzius rectissime non addidit.

Sed nolo singula premere: licet enim unus et item alter locus non inter certa Artemidori frustula inueniatur, tamen omnium copia dubitari nequit, quin ex Artemidori opere a Strabone sit excerpta. An quem alium ad modum explicari putaueris eis ipsis in libris (XIV et X, 5 et XIII, 2) quibus in conscribendis Strabo nullo fere alio nisi Artemidoro usus est auctore geographo, multo plurimos numerari indiculos? [1])

Quod ex argumentis librorum Artemidorum inuenimus auctorem ciuium inlustrium, optime congruit cum aetate eorum, quam fine alterius saeculi maiorem supra inuenimus.

Quoniam ad calcem peruenimus paucis libet perorare quid hoc capite nobis uideamur effecisse. Primum quidem Artemidori copiam amplificauimus nouis fragmentis haud paucis exaggeratis: qui etsi praecipue mensuras litorum portus promunturia sinus nautica tam eximia curauit diligentia ut in hac acie intra longum tempus praeclarus existeret antesignanus, tamen non solam satis aridi argumenti *λιμένων ἀναγραφήν* edidit in usum gubernatorum et bematistarum, sed librum composuit, quod genus tardo homunculorum ingenio amoenissimum uidetur, moribus exterarum gentium, rebus in oppidis quondam gestis, fabulis fictis poeticis prorsus incredibilibus, uiris *κατὰ πόλεις* inlustribus egregie sciteque ornatum. De Artemidori opere cum alia occasione copiose dicere in animo sit haec sufficiant: neque consuetudinem illam ciuium inlustrium suis oppidulis subscribendorum quando ac quosnam apud auctores

---

[1]) Artemidoream indiculorum originem nescio an etiam alia ratione possimus demonstrare. Apud Stephanum enim legimus s. u. *Φίλιπποι· πόλις Μακεδονίας οἳ πρότερον Κρηνίδες, Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἕνδεκα· καὶ πόλις Φίλιπποι τὸ παλαιὸν Κρηνίδες. τοῖς δὲ Κρηνίταις πολεμουμένοις ὑπὸ Θρακῶν βοηθήσας ὁ Φίλιππος Φιλίππους ὠνόμασεν. ἔνθεν ἦν Ἄδραστος ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος Ἀριστοτέλους μαθητής. ἐκλήθησαν Φίλιπποι καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας καὶ Γόμφοι Θεσπρωτίας. ὁ πολίτης Φιλιππεύς, Φιλιππηνὸς δὲ παρὰ Πολυβίῳ.* Nimirum G. Wentzelius Herm. 33, 299 Adrastum uenditat Hesychianum; prout uero nunc res sunt, malim Adrastum Artemidori uerbis adglutinare (mecum facturum spero A. Gerckeum P-W. I, 417, 5). Accedit quod etiam alii uiri inlustres apud Stephanum qui leguntur, Hesychio sunt abiudicandi: de quibus infra.

periegeticos prodire et paulatim serpere coeperit hoc loco uberius tractauerim; namque Artemidorus eam non nouauit; immo iam in Eudoxi Cnidii fragmentis ciues inlustres laudari Wachsmuthius docuit (Steph. Byz. s. u. Ἄβδηρα, Diog. Laert. I, 29. VIII, 90, Plin. n. h. 30, 3).

Verum de Strabone ipso ignoro an certius nunc proferatur iudicium, quippe quem etiam in uirorum inlustrium indiculis auctoris deprehenderimus sectatorem. Numquid miraris? Nonne ipse expressis uerbis quid suum putaret, clamauit: XIII, 4, 12 'τοσοῦτον μόνον ὑπογραπτέον ὅσον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν'? Immo, quantum pendeat Strabo ex auctoribus, etiam inde dispicimus, quod quos addidit uiros καθ' ἡμᾶς inlustres saepius in ordinem uirorum ab Artemidoro laudatorum digessit (uide Rhodios Tarsios Amisenos.)

In primis autem, si quidem recta uia progressi sumus, librum ab Artemidoro adhibitum inuenimus, in quo celeberrimi homines κατὰ πόλεις ita erant inscripti, ut cuiusque patriae ciues philosophi cum philosophis, poetae cum poetis, grammatici cum grammaticis quantum potuit fieri conecterentur, semper uero aetatis ratio maior haberetur. Indiculi sunt reliquiae extenuatissimae libri cuiusdam aliquantulum ante primi saeculi initium conscripti, cuius generis antiquissimum testem adhuc prouocabamus Philonem Byblium. Nunc ad Apollodori fere usque aetatem regressi possumus demonstrare — id quod haud scio an doctiores uiri dudum sint suspicati — libros περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη ἐνδόξους εἶχε πολιτῶν sicut alia compendia uaria iam Alexandrinorum aetate in usu fuisse.

Nostrum compendium e doctissimis operibus compilatum esse neminem fugit; atque de grammaticis adhibitis etsi oppido periculosum est aliquid uelle statuere pro fragmentorum paucitate et illius operis et grammaticorum [1]) neque satis scio an non umquam possit enucleari, tamen nolo silentio premere rationem quae inter Stephanum Suidam Laertium et auctorem Artemidoreum intercedat. Namque indiculi nostri plane eodem modulo exstructi sunt atque Hesychiani; conferas uelim praeclaram G. Wentzelii disputationem in Hermae Berolinensis uolumine XXXIII, quod utile nobis supra proposuimus exemplar in nostra dissertatione haud inepte instituenda. Licet enim nonnullis locis abhorruerit auctor Artemidoreus a Suidae uel Stephani uerbis, plurima ita sunt comparata, ut eosdem grammaticorum libros et auctoris Artemidorei et Hesychii (uel Philonis si Byblium mauis audire) fontes et fontium fontes

[1]) uaria Stemplingerus incondite adnotauit p. 82 sq.

fuisse pro certo putem. Atque primo quidem loco tibi exscripsi Suidae et Stephani copiam mire cum Strabone cohaerentem:

Suid. s. u. *Ἀνακρέων* . . *γέγονε κατὰ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον* . . *ἐκπεσὼν δὲ Τέω διὰ τὴν Ἱστιαίου ἐπανάστασιν ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ* = Str. 638 post uerba de Polycrate Samio facta *τούτῳ συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός.* 644 *Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς ἐφ᾽ οὗ Τήιοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν, Θρᾳκίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν.* — Suid. s. u. *Ἀριστέας· ἐποποιὸς τὰ Ἀριμάσπεια καλούμενα ἔπη* = Str. 589 *ὁ ποιητὴς τῶν Ἀριμασπείων καλουμένων ἐπῶν.* — Suid s. u. *Ἔφορος* . . *Ἰσοκράτους ἀκουστὴς τοῦ ῥήτορος, ἱστορικός* = Str. 622 *τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας.* — Suid. s. u. *Εὔδοξος* . . *φιλόσοφος Πλάτωνος ἡλικιώτης* = Str. 656 *ὁ μαθηματικὸς τῶν Πλάτωνος ἑταίρων.* — Suid. s. u. *Εὐκλείδης Μεγαρεύς* et s. u. *Φαίδων Ἠλεῖος* = Str. 393. — Suid. s. u. *Ἡρόδοτος* . . *εἰς τὸ Θούριον ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων ἦλθε* = Str. 656 *διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας.* — Suid. s. u. *Κλεόβουλος Λίνδιος εἷς τῶν ζ ὀνομαζομένων σοφῶν* = Str. 655 *εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν.* — Suid. s. u. *Κτησίας* . . *ἰατρὸς ὃς ἰάτρευσεν ἐν Πέρσαις Ἀρταξέρξην τὸν Μνήμονα κληθέντα καὶ συνέγραψε Περσικὰ ἐν βιβλίοις κ καὶ γ* = Str. 656 *ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυρικὰ καὶ τὰ Περσικά.* — Suid. s. u. *Κρεώφυλος* . . *καὶ ὑποδεξάμενον Ὅμηρον λαβεῖν παρ᾽ αὐτοῦ τὸ ποίημα τὴν τῆς Οἰχαλίας ἅλωσιν* = Str. 638 *ὅν φασι δεξάμενον ξενίᾳ ποτὲ Ὅμηρον λαβεῖν δῶρον τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν.* — Suid. s. u. *Φανίας* = Str. 618. — Suid. s. u. *Τέρπανδρος* . . *ὃς πρῶτος ἑπτὰ χορδῶν ἐποίησε τὴν λύραν* = Str. 618 *τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον.* — Suid. s. u. *Θεόκριτος Χῖος ῥήτωρ* . . *ἀντεπολιτεύσατο δὲ Θεοπόμπῳ τῷ ἱστορικῷ* = Str. 645 *Θεόπομπος ὁ συγγραφεὺς καὶ Θεόκριτος ὁ σοφιστής· οὗτοι δὲ καὶ ἀντεπολιτεύσαντο ἀλλήλοις.* — Suid. s. u. *Χρύσιππος* = Str. 671. — Suid. s. u. *Ζήνων· φιλόσοφος ὃς ἦρξε τῆς Στωικῆς αἱρέσεως κτλ. μαθητὴς ἦν Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου* = Str. 682 *ὁ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης.* 614 *Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως συσχολαστὴς παρὰ Πολέμωνι.* — Suid. s. u. *Ἀρχύτας* . . *φιλόσοφος Πυθαγορικός* . . *τοῦ κοινοῦ δὲ τῶν Ἰταλιωτῶν προέστη* = Steph. s. u. *Τάρας* . . *καὶ ἀνεγράφησαν οὕτω πολλοὶ χρηματίζοντες, μάλιστα Πυθαγόρειοι* = Str. 280 *ἀπεδέξαντο* (scil. Tarentini) *δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν, διαφερόντως δ᾽ Ἀρχύτας ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον.* — Suid. s. u. *Κλεάνθης* . . *μαθητὴς Κράτητος εἶτα Ζήνωνος, οὗ καὶ διάδοχος γέγονε, διδάσκαλος δὲ τοῦ φιλοσόφου Χρυσίππου τοῦ Σολέως* = Steph. s. u. *Ἀσσός* . . *ἐκ δὲ τῆς Ἀσσοῦ Κλεάνθης ἦν ὁ Στωικὸς φιλόσοφος, διάδοχος τῆς σχολῆς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως ἣν κατέλιπε Χρυσίππῳ* = Str. 610

ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως, σχολὴν καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ. — Suid. s. u. *Θεόφραστος* = Steph. Byz. s. u. *Ἔρεσος* = Diog. Laert. V, 38 = Str. 618. — Steph. Byz. s. u. *Ἴος* = Str. 484 (eadem fabula perstringitur, uide M. Sengebuschium diss. Hom. I 77 II 54). — Steph. Byz. s. u. *Καρύανδα· ἐντεῦθεν ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος* = Str. 658 *ἐντεῦθεν ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.*

Qua cum multitudine non faciunt perpauci loci: a Strabone inter Ephesios etiam Apelles *ὁ ζωγράφος* nominatur, Suidas autem dicit '*Κολοφώνιος, θέσει δὲ Ἐφέσιος.*' Ex Suidae sententia Philemon poeta Syracusanus est, a Strabone Cilix Solis natus dicitur 671. De Pherecyde habet Strabo: 487 *νεώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου,* contraria sunt apud Suidam: *Φερεκύδης Ἀθηναῖος, πρεσβύτερος τοῦ Συρίου, ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν.* Epimenidem Strabo Phaestium, Suidas Cnosium producit. De Xantho Suidas '*Λυδὸς ἐκ Σάρδεων,*' Strabo '*Λυδὸς μὲν λέγεται, εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων οὐκ ἴσμεν.*' De Pythagorae et Epicuri Samiorum uitis nunc quidem taceam; sola Dionysidis uita subiungatur quae apud Suidam est '*Διονυσιάδης . . Μαλλώτης τραγικός, ἦν δὲ οὗτος τῶν τῆς Πλειάδος*': Strabo habet inter Tarsios '*ποιητὴς δὲ τραγῳδίας ἄριστος τῶν τῆς Πλειάδος καταριθμουμένων Διονυσίδης.*'

Haec hactenus. Quia alibi apte non potuit fieri hac occasione nonnulla Stephani uerba subscribam quae Wentzelius non recte farragini Hesychianae uidetur addidisse; namque ex Megarensium lemmate (439, 1 *ἀφ' ὧν Θέογνις ὁ τὰς παραινέσεις γράψας· ἦν δὲ σχολὴ φιλοσόφων Μεγαρικῶν λεγομένη διαδεξαμένων Εὐκλείδην Μεγαρέα Σωκρατικόν, ὥς Στράβων ἐνάτῃ*) si ceperis initium non dubito quin etiam quae s. u. *Κύμη* et *Ἰουλίς* exstant, Straboniana recognoueris: 392, 19 *ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ Ἡσίοδος Κυμαῖοι* = Str. 622 *ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπαντιλέκτως μέν ἐστιν Ἔφορος . . ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ ἔτι πρότερον τούτου Ἡσίοδος κτλ.* — Steph. s. u. *Ἰουλίς* 335, 6 *ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφιδοῦς ἐκείνου καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρὸς μετὰ ταῦτα καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός* (deinde senes uoluntariam mortem sibi consciscere Strabonis uerbis narratur) = Str. 486 *ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς καὶ τῶν ἐκ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων κτλ.*

Neque uero ad finem iam peruenimus; uidemus enim ex Stephani Byz. s. u. *Ἀμοργός* uerbis (*Ἀ., νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην Μίνωαν Αἰγιάλην· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη καὶ Ψυχία· ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος κτλ.*) in Stephani fonte uirorum

clarorum nomina arte cum rebus geographicis iugata fuisse id quod a titulis quibus isti libri ornati erant *(περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη ἐνδόξους εἶχε πολιτῶν)* non longe uidetur abhorrere. Atque apud Suidam haud paucae etsi ualde exiguae restant reliquiae farraginis geographicae quas singulatim exscribere taedet: sunt breues de situ patriae adnotatiunculae id genus: *Φερεκύδης Βάβυος Σύριος (ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα πλησίον Δήλου)* uel *Σίβυλλα . . ἐν χωρίῳ τῶν Ἐρυθρῶν ὃ προσηγορεύετο Βάτοι, νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύονται Ἐρυθραί . .*[1])

Talia geographica etiam Artemidorum apud suum de ciuibus inlustribus auctorem inuenisse concludere non dubito ex mira ratione quae est inter Suidae de Bacchylide testimonia et Strabonis locum X, 5, 6:

Βακχυλίδης, Κεῖος, ἀπὸ Κέω τῆς νήσου, πόλεως δὲ Ἰουλίδος, (ἔχει γὰρ πόλεις δ᾽ Ἰουλίδα Καρθαίαν Κορησσίαν Ποιήεσσαν) . .

s. u. *Σιμωνίδης . . Ἰουλιήτης τῆς ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ πόλεως.*

s. u. *Ἐρασίστρατος Ἰουλιήτης ἀπὸ Ἰουλίδος πόλεως Κέω τῆς νήσου.*

Str. 486: *Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε, λείπονται δὲ δύο, ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί· ἡ μὲν Ποιήεσσα εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορησία εἰς τὴν Ἰουλίδα . ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρός.*

Hinc etiam magis perspicuum putauerim factum, cur Artemidorus geographus auctorem de uiris inlustribus adhibuerit.

---

[1]) Similia ipse euoluas apud Suidam s. u. Acusilaus Alciphron Alcidamas Aratus Aristides Artemidorus Asclepiades Damastes Demetrius Hermias Euclides Zeno Zoilus Herinna Thrasymachus Caecilius Cornutus Crito Menander Metrophanes Orpheus Pisandros Polemo Polles Prodicus Rhianus Simonides Scylax.

—

TABULA ARGUMENTI.

Spezialdruckerei für Dissertationen, Robert Noske, Borna-Leipzig.

VITA.

Hermannus Rudolfus Daebritz Hermanni filius matre Hulda e gente Grundmann natus sum Grimmae in amoenissimo Saxoniae oppidulo a. d. XV. Kal. Sext. anni proximi saeculi LXXX; fidei addictus sum euangelicae. Litterarum elementis initiatus et Donati arte in progymnasio quod uocant patriae instructus puer tredecim annorum in inlustrissimann quae Grimmae Saxonum regis auspiciis floret scholam Augustinam alumnus receptus sum. Atque semper grato pioque animo et Gualtarium Gilbertum scholae etiam nunc rectorem et ceteros colam praeceptores, quorum candidis ingeniis et miro animorum ardore factum est ut Graecarum Romanarum Germanicarum quas cum puerulo carissimus pater suauissime confabulatus erat antiquitatum adulescens feruido flagrarem desiderio. Itaque maturitatis testimonio instructus postquam Dresdae per annum in altera praetorianorum cohorte stipendia merui, uere anni MCMI hanc litterarum sedem adii studiis et philologis et archaeologis Graecis Romanisque operam nauaturus. Docuerunt me uel docent clarissimi uiri Brugmann Buchholz Gardthausen Heinze Hofmann Immisch Koester Lipsius Marx Seeliger Sommer Stoerring Studniczka Volkelt Wachsmuth Wundt. Eximia Immischii et Martinii beneuolentia in proseminarium, Lipsii Marxii Wachsmuthii benignitate in seminarium philologorum receptus sum, atque priori per duo alteri per tria semenstria interfui, utrique per senos menses etiam senior. Quartum nunc semenstre Wachsmuthius in historico, quintum Studniczka in archaeologo me exercent seminario. Praeterea sodalibus seminarii historici Lamprechtius, philosophi Heinzeus, paedagogici Iungmannus singulos annos benigne me adscripserunt. Etiam ad laboratorium psychologorum aditum Wundtius et Wirthius patefecerunt. Denique exercitationibus archaeologis epigraphicis geographicis papyrologis philosophis philologis quas instituerunt Berger Hauck Hirt Martini Marx Mitteis Richter Studniczka interfui.

Quibus praeceptoribus omnibus gratias habeo quam maximas; inprimis uiros clarissimos qui rationibus meis grammaticis optimi patroni consulebant cum Marxium Martiniumque nec non Lipsium et Immischium tum Studniczkam atque Wachsmuthium pio animo semper colam.

4-